UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clvveri[i] Sicilia Antiqva

Clüver, Philipp

Lvgdvni Batavorvm, 1619

Cap. II. De variis Siciliae nominibus atque incolis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14145

Visual Library

terræ motu) è terrâ produci solent; id minimè concedo. Gentiles philosophi, omnium rerum rationes reddi posse sibi persvadentes, quum contemplatione suâ ad illud omnipotentiæ divinæ in creatione mundi Fiat *non pervenerint; quid mirum, si sæpenumerò errasse deprehendantur? Possem equidem documenta contra Fazellum proferre innumera, quibus ostendatur, diruptionem huiusmodi tempore diluvii accidere haud potuisse; neque aquarum fluctus tantam terris vim intulisse. verùm disputationi huic diutiùs immorari, nimis longum foret, neque necessarium. proinde sufficiant rationes hactenus dictæ: certóq; statuatur, Siciliam omni ævo fuisse insulam, postquàm à Deo condita fuit.* Hactenus quàm peritissimè Valguarnera. cuius sagacissimis argumentationibus hoc unum insuper ego adjicio; quòd non opidum modò
10 ἀπὸ τῆς ῥήξεως, id est, à prædictâ diruptione dictum fuerit Rhegium: sed & ante opidum conditum, promontorium, VI millia passuum ultrà situm, eodem vocabulo fuit adfectum: ut in expositione huius oræ docui, in opere de Italiâ. Ruptura igitur istius isthmi tanta fuerit, quanta ipsius freti patet longitudo: à Scyllâ scilicet (quod etiam vult Fazellus) ad Leucopetram usque promontorium, vulgò nunc *Capo dell' armi* dictum; spatio millium XXXII. Hoc autem spatio quum complura flumina ex Apennini interioribus jugis in fretum delabantur; quis temerè crediderit, fonteis eorum, simulque illos, qui ex oppositâ Siciliæ parte defluunt, ante istam diruptionem fuisse nullos; eumdemque terræ motum, quo Sicilia Italiæ avulsa est, tandem eos aperuisse? De uno atque altero fortassis persvaseris: maximè, si
20 calidos ab initio fuisse dixeris; ut in aliis etiam quibusdam insulis, è mari enatis, accidit. at de compluribus numero frigidisque fontibus & fluminibus, minimè credibile est.

CAP. II.

De variis Siciliæ nominibus atque incolis.

NOmen insulæ, antequàm SICILIA diceretur, fuit SICANIA. & ante hoc
30 etiam THRINACIA, sive TRINACIA: quod postmodùm Græci fecêre TRINACRIA; & hoc Latini verterunt TRIQVETRA. Eadem & SOLIS INSVLA, & CYCLOPVM TERRA dicitur Homero. Polybius, sub initium libri VI: Ἀπὸ Σικανῶν Σικανία ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο, πρότερον Τρινακρία καλουμένη. id est; *Ab Sicanis Sicania dicta est insula, antè Trinacria adpellata.* Diodorus lib. V: Ἡ γὰρ νῆσος τὸ παλαιὸν ἀπὸ μὲν τοῦ σχήματος Τρινακρία κληθεῖσα, ἀπὸ δὲ καθοικούντων αὐτὴν Σικανῶν Σικανία προσαγορευθεῖσα, πλείστον δὲ ἀπὸ τῶν Σικελῶν ὠνόμασται Σικελία. Id est; *Insula namque olim à figurâ nomen habuit Trinacriæ: mox à Sicanis cultoribus Sicania dicta: tandem à Siculis, quorum universa gens ex Italiâ huc transgressa, Sicilia adpellata est.* Dionysius Halicarnassensis, Antiquitat. Romanar. lib. I: Οἱ δὲ Σικελοὶ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διέβησαν ἐπὶ τὴν
40 ἔγγιστα νῆσον. κατεῖχον δ' αὐτὴν Σικανοί, ἔθνος Ἰβηρικόν, ὑπὸ πολλῷ πρότερον ζωοικισάμενοι, Λίγυας φεύγοντες· καὶ παρεσκεύασαν ἀφ' ἑαυτῶν Σικανίαν κληθεῖσαν τὴν νῆσον, Τρινακρίαν πρῶτον ὀνομαζομένην, ἀπὸ τοῦ τριγώνου σχήματος. Hoc est; *At Siculi ex Italiâ in proximam trajecerunt insulam. Sicani tum eam tenebant, gens Hispanica; qui, pulsi ab Liguribus, paullo antè ibi sedeis posuerant: Sicaniamq; de suo nomine vocaverant, quæ priùs Trinacria dicebatur, à figurâ triangulâ.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *Ante omneis celebritate Sicilia; Sicania Thucydidi dicta; Trinacria pluribus, aut Triquetra; à triangulâ specie.* Solinus, cap. XI: *Sicilia, diffusis promontoriis, triquetrâ specie figuratur.* Servius ad Virgilii Aeneid. lib. III: *Trinacria; quæ Latinè Triquetra dicitur.* Lucretius, lib. I:

Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est;
50 *Insula quem triquetris terrarum gessit in oris;*
Quam fluitans circùm magnis amfractibus æquor
Ionium glaucis adspergit litus ab undis;
Angustoq; fretu rapidum mare dividit undis
Italiæ terrai oras à finibus eius.

Martianus Capella, Plinii epitomator, lib. VI: *Hinc Sicilia; quæ à Thucydide Sicania, à multis Trinacria, perhibetur: Trinacria; quòd tribus promontoriis triangula censeatur.* Isidorus, lib. XIIII, cap. VI: *Sicilia à Sicano rege Sicania cognomitata est: deinde à Siculo,*

SICILIAE varia nomina.

Itali fratre, Sicilia. primùm autem Trinacria dicta, propter tria ἄκρα, id est, promontoria. Trinacria enim Græcum est, quod Latinè Triquetra dicitur; quasi in treis quadras divisa. Mela, lib. II, cap. VII: *Ipsa ingens, & tribus promontoriis in diversa procurrens, Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur, efficit.* Apollonii Rhodii scholiastes, in lib. IIII: Ἡ δὲ Σικελία καλεῖτο Τριναχρία τὸ πρότερον, διὰ τὸ τρεῖς ἄκρας ἔχειν. Id est: *Sicilia antè vocitata est Trinacria, quia tria habet promontoria.* Strabo lib. VI: Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι· διὰ τοῦτο Τριναχρία ὠνόμαστο πρότερον, Τρινακὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι. Id est: *Sicilia figuram habet triangulam. eoq; Trinacria primùm, postea verò, sono vocis concinniore, Trinacis nominata fuit. Figuram verò eius tres ἄκραι*, id est, *tria promontoria definiunt.* Ita equidem in cunctis Strabonis exemplaribus reperitur vox ista Τρινακὶς perscripta. ceterùm apud Dionysium, in Orbis terræ descriptione, ita legitur: 10

Τρινακίη δ' ὀπὶ τῆσιν ὑπὲρ πέδον Αὐσονιήων
Ἑκπέπαται, πλευρῆσιν ὀπὶ τρισὶν ἐρηκυῖα.

Hoc est:

Trinacia post has super solum Ausonum
Extenta est, latera super tria stans.

Ad quæ ita Eustathius: Τῷ παρ' Ὁμήρῳ Θρινακίαν, Τρινακίαν ἐκεῖνός φησι, τὴν νῦν τῶν Σικελίαν· ἥτις ἐκπέπαται, φησὶν, ὀπὶ τρισὶν πλευραῖς ἐρηκυῖα, οἵα δηλονότι τρίγωνον οὖσα. καὶ ἔστιν οἷον ἐτυμολογία τοῦτο τῆς Τρινακίας, οἱονεὶ Τριακρίας, ὅ ἐστι, τρία ἔχουσης ἄκρα· διὸ καὶ ὁ Λυκόφρων τριόδειρον νῆσον λέγει αὐτῶν, καὶ ὁ Πίνδαρος τριγλώχινα. *. *. Ὁ δὲ Γεωγράφος λέγει, ὅτι ἀπὸ Τρινακίας Θρινακία προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. Id est: *Quam Homerus Thrinaciam, hic Trinaciam vocat; id est, Siciliam: quæ extenditur, inquit, tria super latera fulta; quia triangula est. atque hæc etymologia est Trinaciæ, quasi* Τριακρίας, id est, *tria promontoria habentis. unde etiam Lycophron triverticem eam vocat; & Pindarus tricuspidem.* *..*. *Geographus autem ait, à Trinacia dictam esse Thrinaciam, voce concinniore.* Certè non concinnior erat vox Θρινακία, quàm Τρινακία· utique, quum literæ Θ longè difficilior sit pronuntiatio, quàm literæ Τ. Quapropter ex ipsius Strabonis, quem heic citat Eustathius, exemplaribus sic corrigo: Ὅτι ἀπὸ Τριακρίας Τρινακία προσηγορεύθη· id est: *Ab Trinacriâ dictam esse Trinaciam: εὐφωνότερον* scilicet, quia literæ caninæ molestus erat atque durus sonus. Ipsum autem Strabonem scripsisse, non Τρινακὶς, sed Τρινακία, cùm ex Dionysii voce Τρινακίη patet, tùm ex præscripto Eustathii loco, ex Strabone desumto. Neque verò Straboni cura erat terminationem vocabuli in κὶς κίδος ostendere; sed solam literæ ρ elisionem. Apud Lycophronem in Alexandrâ hæc leguntur: 20 30

Ὃς δὴ ποδηγῶν πηόρθον Ἀγχίσου νόθον
Ἀξῇ τριόδειρον νῆσον εἰς λικμήραν,

Id est: 40

Qui germen Anchisæ manu ducens spurium,
In insulam deducet triverticem margineam.

Ad quæ ita Tzetzes: Νῆσον τριόδειρον τὴν Σικελίαν λέγει, ἣν καὶ Τρινακίαν καὶ Τρινακρίαν καλοῦσιν· τρία γὰρ ἀκρωτήρια ἔχει. Id est: *Insulam triverticem vocat Siciliam, quam & Trinaciam & Trinacriam appellant. tria namque habet promontoria.* In usu tamen fuisse etiam vocabulum ΤΡΙΝΑΚΙϹ, ΤΡΙΝΑϹΙϹ, ut perscriptum est in Strabonis exemplaribus, equidem haud dubito; quando ΤΡΙΝΑΚΡΙϹ, ΤΡΙΝΑϹΡΙϹ, quoque vocatur Ovidio & Tzetzæ. Ovidius Fastorum lib. III:

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacris; à positu nomen adepta loci. 50

Tzetzes in Chiliadibus:

Γαίῃ δ' ἐν Σικελῶν Τρινακρίδι χεῦμα λέλειπται
Αἰνότατον.

In Siculorum terrâ Trinacride fluxus est reliquus
Gravissimus.

At Homero, ut Eustathius præscripto loco monuit, dicitur per Θ literam, ΘΡΙΝΑΚΙΑ, ΤΗΡΙΝΑϹΙΑ. Verba Circes deæ ad Vlyssem recitat poëta Odyss. lib. XII. ista:

Θρινακίῃ

Θρινακίλω δ' ἐς νῆσον ἀφίξεαι, ἔνθα δὲ πολλαὶ
Βόσκονθ' Ἠελίοιο βόες καὶ ἴφια μῆλα.

Hoc est:

Thrinaciam autem ad insulam pervenies; ubi multæ
Pascuntur Solis boves, & pingues oves.

Ad quæ ita commentator poëtæ Eustathius: Ὅθι ἐν τῇ Θρινακίῃ νήσῳ (ἔστι δὲ ἡ Σικελία) ἐβόσκοντο πολλαὶ Ἠελίοιο βόες καὶ ἴφια μῆλα. Id est. *In Thrinaciâ insulâ, quæ est Sicilia, pascuntur multæ Solis boves & pingues oves.* Hyginus, Fabulâ CXXV, de Vlysse: *In insulam Siciliam ad Solis pecus sacrum venerat.* Intellexisse autem poëtam Siciliam, patet ex sequentibus eodem libro istis:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πέτρας φύγομεν δεινόν τε Χάρυβδιν
Σκύλλιν τ' αὐτίκ' ἔπειτα θεῶν ἐς ἀμύνονα νῆσον
Ἱκόμεθ'· ἔνθα δ' ἔσαν καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι,
Πολλὰ δ' ἴφια μῆλ' ὑπερίονος Ἠελίοιο,

Id est:

At postquàm petras effugimus horrendamque Charybdin,
Et Scyllam, statim deinde dei ad eximiam insulam
Pervenimus: ubi erant pulcræ boves latis frontibus,
Multæque pingues oves supermeantis Solis.

Homerum posteà imitati Apollonius & Cointus. quorum hic, Τρωϊκῶν lib. V, ita canit: Οἷος πυ τοπάροιθε Διὸς τανύεν κεραιῷ
Ἐγκέλαδος δεδμητο καθ' ἀκαμάτοιο θαλάσσης,
Θρινακίης ὑπέρθεν, ὁλοὴ δ' ὑπετύφετο νῆσος,

Id est:

Qualiter olim tristifico Iovis fulmine
Enceladus conficiebatur in mari vasto,
Subter Thrinaciam: unde tota insula succendebatur.

Siciliam eum intelligere, pòst in Aetnæ montis explicatione patebit. De eâdem ita Apollonius, Ἀργοναυτικῶν V:

——— οἱ δ' ἀνέμοιο
Αὖτις ἐπωρόρμοι, πρότερω θέον. ὦκε δ' ἄμειβον
Θρινακίης λειμῶνα, βοῶν τροφὸν Ἠελίοιο.

Hoc est: ——— *At illi ventum*
Rursus secundum nacti, ultrà contendebant. celeriterq; pervenerunt
Thrinaciæ ad pratum; ubi Solis pascebantur boves.

Apollodorus de Diis lib. 1; de iisdem Argonautis loquens: Μετὰ δὴ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο καὶ Σκύλλα. *. Παραμειψάμενοι δὲ Θρινακίαν νῆσον, Ἡλίου βοῦς ἔκλεψαν, εἰς τὴν Φαιάκων νῆσον Κέρκυραν ἦκον. Id est: *A Sirenibus navem Charybdis excepit & Scylla. *. Thrinaciam prætervecti, Phæacum insulam Corcyram pervenerunt.* Ad Apollonii locum ita commentatur scholiastes: Τίμαιος Θρινακίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. οἱ δὲ ἱστορικοὶ Θρίνακον φασὶν ἄρξαι τῆς Σικελίας. Hoc est: *Timæus Thrinaciam ait dictam Siciliam, ab eo, quòd treis habeat ἄκρας, id est, tria promontoria. At historici Thrinacum aiunt Siciliæ imperium obtinuisse.* Hinc etiam Stephani epitomator; Τρινακρία; inquit, ἡ Σικελία, παρὰ τὸ τρεῖς ἔχειν ἄκρας. *. ὠνομάσθη δ' οὕτως, ἢ ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει, ἢ ὅτι θρίνακι ἐστὶν ὁμοία. πολλὰ δὲ ἀπὸ ὁμοιότητος χωρία προσηγόρευται· Λύρνης, Βρεντήσιον, Σαρδώ. Σίβυλλα δὲ Τρίνακρον τὸν Ποσειδῶνος Σικελίας ἄρξαι φησίν.

Τρινακρίης νήσου, ἣν ἔκτισε Τρίνακρος ἥρως,
Υἱὸς ποντομέδοιο Ποσειδάωνος ἀνάκτος.

Τρίστερον ὠνομάσθη ἀπὸ Σικανῶν [adde, Σικανία.] Id est: *Trinacria, Sicilia; quòd treis habeat ἄκρας, id est, tria promontoria. *. Adpellata autem ita, vel, quia tria habet promontoria, vel quòd tridenti est similis. multa enim loca à similitudine adpellationes acceperunt. sic Lyrnesus, Brundisium, Sardinia. At Sibylla ait Trinacrum Siciliæ imperium obtinuisse:*

Trinacriæ insulæ, quam condidit Trinacrus heros,
Filius mari præfecti Neptuni regis.

Et Eustathius, dicto loco in Dionysium commentans: Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι Θρινακία λέγεται

διὰ τὸ ἐοικέναι θρίνακι. ὅπερ ἀπάδει τῇ τῶν παλαιῶν δόξῃ. οὐ γὰρ δοκεῖ τοιάδε σχῆμα εἶναι ἡ Σικελία. Σίβυλλα δὲ φησιν ἀπὸ τρινάκου βουκόλου καλεῖσθαι, εἰποῦσα,

——— ὃν ἔκτισε τρινάκου ἥρως
υἱὸς ποντομέδοιο Ποσειδάων.

Hoc est: *Alii ab eo dictam aiunt Thrinaciam, quòd similis sit thrinaci*, id est, *tridenti. quod equidem à veterum sententiâ dissonat. non enim talis figuræ videtur esse Sicilia. At Sibylla à Trinaco bubulco eam sic adpellari ait, inquiens,*

——— *Quam condidit Trinacus Heros*
Filius mari præfecti Neptuni.

Vtroque modo scribi rusticum istud instrumentum, θρίναξ & τρίναξ, auctores sunt Hesychius, Svidas, atque Etymologus. Hinc etiam insulæ nomen apud vetustissimos scriptores modò per θ, modò per τ notatum reperitur. Non à rustico isto instrumento, sed à viro quodam sic adpellatam videri, infrà ostendam. Stephanum quoq; scripsisse, Τρινακίης νήσου, & Τρίνακος ἥρως, certum est. sic enim Servius etiam, in Virgilii Aeneid. lib. I: *Philostephanus τοῦ τῶν νήσων, sine* r *literâ Trinaciam appellat, ὅτι* Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν· id est, *quia Trinacus in eâ primùs regnavit.* Ceterùm idem Servius ad Virgilii Aeneid. lib. III, nescio quam ineptam statuit inter duas istas voces *Trinacria* & *Trinacia*, distinctionem. *Trinacria*, inquit, *quæ Latinè Triquetra dicitur: quam multi Trinaciam dicunt; sub hac differentiâ, ut, quotiescumque Sicilia vocatur, Thinacria totum per r* [fortè, *per geminum rr*] *dicatur; quotiens Sicula, per unum r; ut Trinacia cernitur.* Falsam hanc esse juxta atque ineptam distinctionem, patet ex auctorum locis præscriptis. nec in ipsius Virgilii exemplaribus cunctis aliter legitur penultima syllaba, nisi cum *r*. ut dicto lib. III:

Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni

Et posteà:

Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna.

Et ad eumdem modum sæpiùs posteà. Sic etiam Ovidius, Fastor. lib. IIII, *Trinacrium* dixit *mare*; quod erat *Siculum*. Verba eius hæc sunt:

Tunc lævâ Creten, dextrâ Pelopeïdas undas
Deserit; & Veneri sacra Cythera petit.
Hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum
Brontes & Steropes Acmonidesque solent;
Aequoraq; Afra legit; Sardoaq; regna sinistris
Respicit à remis; Ausoniamque tenet.

Et Silius, lib. XIIII:

At non æquus amat Trinacria Mulciber antra.

Et inter Græcos etiam Apollonius, dicto Ἀργοναυτ. lib. IIII, de Istro loquens:

Ἔνθα διχῇ τὸ μὲν ἔνθα μετ' Ἰονίῃ ἅλα βάλλει
Τῇ δ' ὕδωρ, τὸ δ' ὄπιθε βαθὺ διὰ κόλπον ἵησι
Σχιζόμενον πόντου τρινακρίου εἰς ἀνέχοντα,

Hoc est:

Heic in duo scissus capita, alterum in Ionium transmittit mare
Flumen; alterum posteà in altum sinum effundit
Trinacrii maris prominentem.

Quin ipsum insulæ vocabulum τρινακρία adjectivi erat generis; ut & τρινακρίς & τρίγων· ac Latinorum *Triangula*, & *Triquetra*. unde illud Tzetzæ Γαίῃ δ' ἐν Σικελῶν τρινακρίδι· id est, *In terrâ Siculorum Trinacride*. Nullâ igitur heic opus erat distinctione. Sic eadem Lycophroni dicta est τρίδειρος, *trivertex*; Orpheo ac Pindaro τριγλώχιν *tricuspis*; Marciano Heracleensi τρίπλευρος, *trilatera*. Nonno τρικάρηνος, *triceps*; & τρίλοφος, *tricollis*; Claudiano *Trisulca*. Lycophronis locum jam anteà citavimus. Pindari poëma, ex quo id vocabulum desumsit Eustathius, desideratur. Orphei in Argonauticis hæc sunt:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Λιλύβηον ἐπέρχομεν ἠχέτα πορθμόν,
Τριγλώχινα τε νῆσον ἐπέρχομεν Ἐγκελάδοιο,

Id est:

At ubi ad Lilybeium adpulimus, sonans fretum;
Tricuspidemq; insulam tenuimus Enceladi.

Sic &

Sic & Apollonius, Ἀργοναυτικῶν lib. IIII, Τριγλώχινα dixit Peucen, in Istri fluminis ostio insulam; quam Τρίγωνον, id est, *triangulam*, explicat scholiastes eius. Marcianus in Orbis circuitu:

Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν Δωρικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσι, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὴς Κνίδῳ
Ἐξῆς Σικελία νῆσος δυτυχεστάτη·
Ἣν τὸ πρότερον μὲν ἐπρόγλωσσα βάρβαρα
Λέγουσι πλῆθη κατοικέεσθαι Ἰβηρικὰ
Διὰ τὸν ἐπρόπολον δὲ τῆς χώρας φύσιν
10 *Ὑπὸ τῶν Ἰβήρων Τριναχρίαν καλεμένην.*

Sic equidem exemplaria Marciani vulgata habent. ceterùm vocabula vitiata sic ego emendo: Ἐξῆς Σικελία νῆσος. & mox: Διὰ τὸν γε τρίπολον. nam ἐπρόπολον, quod nullum est in Græcâ lingvâ vocabulum, ex illo præcedenti, ἐπρόγλωσσα, imperitus exscriptor intulit. Totum autem locum sic Latinè verto:

Vna earum est, quæ Doricam coloniam
Habet, Lipara nomine, cognata Cnidi.
Deinceps Sicilia est insula felicissima:
Quam primùm alienigenas barbaros
Aiunt populos incoluisse Ibericos,
20 *Ob trilateram regionis figuram*
Ab Iberis Trinacriam dictam.

Nonnus, Διονυσιακῶν lib. II, ita canit:

Ἀλλὰ βαθυκρήμνοισι τοῖς φέγγεσι κολώναις
Σικελὴ τρικάρηνος ὅλον Τυφῶνα δέχεσθω.

Hoc est:

Sed profunda præcipitia habentibus constringens collibus,
Sicilia triceps totum Typhonem accipiat.

Et lib. VI; de Cerere loquens:

Καί ῥα λάϊνον οἶκον ἐποιήσεσε θεαίνη
30 *Σικελὴς τριλόφοιο, Πελωρίδα δύσατο πέτρῳ.*

Id est:

Et quamdam lapideam domum conspicata dea
Siciliæ tricollis, Peloridem subiit petram.

Claudianus, de raptu Proserpinæ lib. I:

——— Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit. sed pontus & æstus
Mutavêre situm. rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore monteis:
Parvaq; cognatas prohibent discrimina terras.
40 *Nunc illam, sociâ ruptam tellure trisulcam,*
Opponit natura muri.

Sed de *Trinacriæ*, sive *Trinaciæ*, & *Triquetræ* vocabulis hoc loco sat dictum. quæ peregrina esse deprehenduntur; illud à Græcis, ut innumeræ aliæ gentium terrarumque per totum orbem adpellationes; hoc à Latinis inventum: ipsis barbaris, Sicanis atque Siculis inusitata.

Nunc de SICANIAE etiam ac SICILIAE nominibus dicendum est: item de incolis ipsius insulæ; à quibus ea nomina accepit. Justinus, lib. IIII: *Siciliæ primò Trinacriæ nomen fuit. posteà Sicania cognominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit. quibus exstinctis, Cocalus regnum insulæ occupavit. post quem singulæ civitates in tyrannorum* 50 *imperium concesserunt.* Solinus, cap. XI: *Gentem Cyclopum vasti testantur specus. Læstrygonum sedes adhuc sic vocantur.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *Scopuli tres Cyclopum. portus Vlyssis. colonia Catana. flumina; Symethum, Terias. Intus; Læstrygonii campi; opidum Leontini.* Silius lib. XIIII:

SICILIAE varii incolæ.

Post dirum Antiphatæ sceptrum & Cyclopeia regna,
Vomere verterunt primùm nova rura Sicani.
Pyrene misit populos, qui nomen, ab amne

Adscitum

Adscitum patrio, terræ imposuêre vacanti.
Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, novavit
Possessis bello mutata vocabula regnis.

Thucydides, lib. VI: Ὠικίσθη δ' ἡ Σικελία ὧδε τοιαρχαῖον, καὶ τοιάδε ἔθνη ἔχει ἐν ξύμπαντα· Παλαιόταται μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. ἀρκείτω δ' ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, καὶ ὡς ἕκαστός τι γιγνώσκει περὶ αὐτῶν. Σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι. Id est: *Habitata antiquitus Sicilia in hunc modum fuit; ac genteis has in universum habuit: Antiquissimi feruntur partem quamdam regionis tenuisse Cyclopes atque Læstrygones. quorum ego neque genus, neque unde venerint, neque quò abierint, compertum habeo. sufficiat, quod à poëtis memoratum est; quodque apud se quisque de illis sentit. Post hos Sicani primi demonstrantur eam incoluisse.*

Cyclopes primi Siciliæ cultores.

CYCLOPAS tamen plerique auctorum antiquissimos huic insulæ adscripserunt cultores. in quibus vetustissimus omnium Homerus in Odyss. lib. IX, Vlyssem, è Lotophagorum insulâ navigationem narrantem, introducens, ita canit:

Ἔνθεν ἦ πρόσθεν πλέομεν, ἀκαχήμενοι ἦτορ·
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων.
Ἱκόμεθ', οἳ ῥα, θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν·
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἄνηρατα πάντα φύεται,
Πυροὶ τε κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐρισταφύλον, καὶ τοῖν Διὸς ὄμβρος αὔξει.
Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες·
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι. θέμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων. οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι.

Hoc est:

Hinc ultrà navigavimus, tristes corde;
Cyclopumque ad terram superborum exlegumq;
Venimus. qui, diis freti immortalibus,
Neque plantant manibus plantam, neq; arant.
Sed hæc inseminata atq; inarata omnia proveniunt;
Triticum, hordeum, atq; vites; quæ ferunt
Vinum magnis uvis: & ipsis Iovis imber incrementum dat.
Illis verò neq; conciones consiliariæ sunt, neq; jura.
Sed celsorum montium inhabitant cacumina,
In speluncis cavis. jus autem dat unusquisque
Liberis atq; uxoribus. neque se invicem curant.

Ad quæ ita commentator poëtæ Eustathius: Οἵτινες τὲς Κύκλωπας Λεοντίνους οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν, ἐπεὶ λῃσταὶ ἦσαν, καὶ ἄγριοι, ἐπεὶ πίων ἡ περὶ αὐτοὺς γῆ, ὡς καὶ ἡ πλείων τῆς Σικελίας, δῆλόν ἐστι. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, καὶ οἵτινες ὥσπερ Αἰολος ἐδυνάστευσε τὴν περὶ Λιπάραν νήσων, οὕτω καὶ Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες τὴν περὶ Λεοντίνοις ἐπὶ Αἴτνῃ, ἄξενοί τινες ὄντες. διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν ἀπρόσπλαστα εἶναι τότε τοῖς πολλοῖς. Id est: *Posterioris ævi scriptores adpellasse Leontinos Cyclopas, hosque fuisse latrones atq; feros, item pingvem eorum esse terram, ut plurima Siciliæ pars, id manifestum est. Aiunt autem veteres, ut Aeolus principatum obtinuit in Liparæis insulis; sic Cyclopas ac Læstrygonas in Leontino agro atq; Aetnâ; homines inhospitales. quapropter etiam loca circa fretum inaccessa plerisque tunc fuisse.* Post Homerum, antiquus inter primos poëta Theocritus Syracusanus, in Idyllio XI:

Οὕτω γοῦν ῥαίως διάγ' ὁ Κύκλωψ, ὁ παρ' ἡμῖν,
Ὠ ἀρχαῖος Πολύφαμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας.

Id est:

Sic apud nos Cyclops commodè vixit,
Priscus ille Polyphemus, quum amaret Galateam.

Equidem haud ignoro, multa super hisce Cyclopibus aliisque Gigantibus hac nostrâ etiam ætate disputasse multos: fuerit umquàm tale genus mortalium; necne. acplerosque negasse. Verùm eam rem jam dudum planam reddidit, præter alias terras,

terras, maximè hæc nostra Sicilia, exemplis quàm plurimis. quæ ex Fazello huc transscripsisse, laboris fuerit pretium. Decad. I, lib. I, cap. VI; *Eryx*, inquit, *mons est in Siciliâ notissimus; mons Drepani hodiè vulgò nominatus. ad huius radices, quà orientem respicit, quum rustici quidam, anno Salutis* CIↃCCCXLII, *pastorali casæ fundandæ altiùs foderent; in antrum immensum inciderunt. in quod ingressi, virum portentosæ magnitudinis sedentem deprehenderunt. cuius rei novitate consternati, ex antro ocyus fugam in oppidum, quod ad verticem est, capessunt; civibusque, quid monstri viderint, referunt. Erycini exciti, armati antrum petunt. ex quibus complures facibus incensis specum introgressi; monstroque, quod, ut retulerant villici, in conspectu habebant, tandem proximiores facti; hominem non vivum, sed cadaver humanum proceræ staturæ, in sede positum, sinistrâ manu baculo mali nautici instar innixum, nullâque ex parte corrosum, cognoscunt. Tactu scipionis cortex confestim in cinerem solvitur, quo clava plumbea, quæ è terrâ ad manum usque sedentis ascendebat, celabatur. tactu & cadaver æquè statim corruit, & in pulverem versum est; tribus solùm dentibus molaribus admirandæ magnitudinis, & anteriori cranii parte, aliquot modiorum Siciliensium capace, incorruptis ac firmissimis relictis. Erycini, in rei fidem ac miraculum, denteis filo ferreo ad crucifixi pedeis, qui in medio templi Annuntiatæ eiusdem opidi pendebat, suspenderunt. Hæc mihi omnia senatores Erycini opidi retulerunt. Meminit & exactè huius exempli Ioannes Bocacius, lib.* IIII, *cap.* LXVIII, *de Genealogiâ deorum. Mazarenum in Siciliâ mediterraneum ac recens est opidum. in cuius agro, cui Gibilo est nomen, passus fermè mille ad meridiem recedente, Ioannes à Brachiis fortibus, opidi comes, quum, anno Salutis* CIↃIↃXVI, *ad vineæ, quam ibi sibi plantaverat, tutelam, domum fabricari jussisset; fundamentisq; cæmentarii fossam pararent; in cadaver hominis, staturæ cubitorum circiter viginti, ligonibus impingunt. Famâ tantæ rei ad opidum relatâ, Ioannes uxorq; eius Aemilia, quæ tum uterum gestabat, ac opidani ferè omnes, ad Gibilum procurrunt; ibiq; cadaver procerum, ac caput eius, dolii instar, conspexerunt stupidi. Aemilia verò, miraculi horrore perculsa exanimataq;, abortum patitur. Imperiti deinde homines quum rudiùs cadaver adtrectassent; illicò in pulverem abiit: molaribus dumtaxat integris repertis: quorum quilibet unciarum quinque pondus æquabat. Rem hanc Antonius Moncata, Adrani comes, eiusque soror germana Aemilia ipsa, non vulgari fide & nobilitate commendati, anno Salutis* CIↃIↃXLVI, *mense Septembri, ad opidum Caltanixettæ, prout ipsi viderant, mihi enarrarunt; testeisq; molares denteis ostenderunt. Testatur id demum pictura reperti gigantis, in ædibus, quas sibi decedente Ioanne marito in eo Caltanixettæ opido Aemilia magnificè struxit, in murum relata. Melillis inter Leontinum & Syracusas opidulum in Hyblæis montibus mari prominet. à quo non multo infrà, ad montium radices, ubi perennis est fons, S. Cosmani hodiè nomine notus, frequentia vix credendæ proportionis gigantum sunt sepulcra. è quibus ab antiquitatis studiosis & molares eorum dentes & ingentia ossa quotidiè effodiuntur. Illorum dentium plureis Petrus Paulus, principatus vir honestus, & harum rerum studiosissimus, dono mihi dedit: quos ad rei indicium curiosissimè adservo. est autem eorum quilibet ponderis unciarum circiter quatuor. Hyccara Sicanorum pervetustum opidum, Carinis hodiè dictum,* XII *passuum millia à Panormo ad occidentem abest. in eius agro mons est, in occidentem vergens, mons Longus adpellatus: ad cuius radices antrum est immensum, à Piraino nomen adeptum, ab opido* III *passuum millia diversum. in quo plura sunt gigantum monumenta. unde & maxima eorum ossa ac dentes eximie admirationis frequenter eruuntur. Huius rei testes sunt Hyccarenses ipsi simul & Panormitani. testis & locupletissimus sum ego: qui os humeri latissimum & penè monstruosum exinde apud me habeo. In agro Panormitano fons est insignis, Maris dulcis cognomento notissimus, meridiei obversus,* III *fermè passuum millia ab urbe refugiens. supra quem in ipsâ montis rupe specus est, longitudinis cubitorum plùs minùs* LX, *latitudinis* XX. *in quâ Paulus Leontinus, nitrum confecturus, dum terram pecuinam in nitrariis decoquendam, anno Salutis* CIↃIↃXLVII *effodit: in cadaver hominis, vastitate moleq; gigantei corporis immane, cubitorumq; ferè* XVIII, *membris omnibus inconpactum dissolutumque, fortuitò illapsus est. Ad cuius famam Panormitani visendi studio exciti, capitis membrorumque omnium admiratione obstupuerunt. Ea subinde dum Paulus satis imprudenter attrectat; in pulverem, præter mandibulam, versa sunt omnia. Præerat eo anno Panormo Simeon Valguarnera, quem Capitaneum vulgus adpellat. ad eum mandibulam in rei fidem deferunt. Ex quâ dum denteis excutere tentant; in cinerem & ea transabiit: molaribus solùm, ob duritiem, immotis. Horum singuli unciarum propè quatuor pondus conficiebant: nostris similes; subalbi, effigiati, & carie prorsus carentes. quorum duo, mihi à Simeone Piliono donati, in rei tùm fidem tùm memoriam Christianis ac ethnicis hominibus, qui tale genus hominum vix fuisse credunt, exhibendi, in arcâ magno studio habentur.*

Syracusæ urbs est hodiè in Siciliâ. in eâ anno Salutis CIƆIƆXLVIII *quum Georgius Adornus, Genuensis, eques Ioannita, classis tum ordinis sui præfectus, hiemaret; venatum aliquando in agrum Syracusanum egressus est. Qui dum venationi studet; canis, in venatu solers & sagax, os speluncæ subterraneæ & latebrosæ naribus & ungvibus scrutatus, caudâ & latratu venatores advocabat. Equites, qui cum Georgio aderant, prædam rati, equis citatis accurrunt. sed ubi ostium ingentis specus solùm vident; eo relicto, venationem retro prosequuntur. Postridiè verò Georgius, remigum manu adsumtâ, ad specum eamdem, aurea veterum numismata, quorum ibi thecas crebrò reperiri contigerat, quæsiturus, regreditur. Speluncæ ore vix patefacto; scalis, quas ibi in vivo ipso lapide excisas, aditum monstranteis, offenderat, in antrum profundum descendit; ingreditur; cuncta explorat: tandemque, pro speratis nummis, cadaver hominis cubitorum* XX *reperit. quod ubi membratim mirabundus stupensque examinat; pars capitis, costæ, & crura, cæteris partibus in putrem cinerem ventumq; solutis, ex attrectantium manibus sola integra decidère. quæ pro miraculo Georgius quàm primùm omnia, præter duas molas, ad Ioannem Homodeum, militiæ magistrum, Melitam transmisit. Calatrasis non longè ab Entellâ arx est, cuius præfecto, anno Salutis* CIƆIƆL *defuncto dum coloni in templo tumulum perfodiunt; in ædiculam testudinatam incidunt; & in eâ cadaver hominis cubitorum circiter* XXII *reperiunt. cuius staturâ primùm stupefacti; mox, ut ferè fit, in risum jocosq; soluti, eius caput, quod* X *fermè pedum circuitum metiebatur, pro scopo aut signo erectum, saxorum jactibus incessunt. quo comminuto, dentibus solùm salvatis, quidquid superfuit, terræ reddiderunt. Petralia Inferior recens est mediterraneum opidum. in eius agro Bilicino dum Bartolus Petraliensis, Artalis Curtius, & Nicolaus Cameratensis, pluresq; alii cæmentarii, anno Salutis* CIƆIƆLII, *Susannæ Gonzagæ, opidi dominæ, Petri Cardonæ, Golisani comitis, uxori, horrea exstruunt; in plura gigantum sepulcra, lapidibus quadratis inclusa, casu pervaserunt: in quibus plerag; cadavera,* VIII *cubitos proceritate superantia, invenerunt. è quibus Susanna, ut nobilitate insignis, ita liberalitate conspicua, mandibulam unam cum duobus molaribus, duarum fermè quolibet unciarum, Panormum dono mihi misit. quorum omnium nihil adhuc apud me periit. Sed non est heic ulteriùs immorandum. nam si singula gigantum cadavera, passim in Siciliâ casu hactenus eruta, recenseam; & dies & instituti ratio me deficiet: quum ex his abundè, & fuisse in rerum naturâ gigantes, & Siciliam habitasse, jam probatum sit.*

Restat igitur, uti quæramus, unde tam immanibus corporibus in hanc insulam primùm pervenerint Cyclopes sive gigantes isti. Id verò nimio plùs quàm incertum est: quum jam tum antiquus cum primis rerum auctor Thucydides, loco suprà scripto, adfirmet, sese eorum ἔτι τὸ γένος ἔχειν εἰπεῖν, ἔτι ὁπόθεν εἰς ἦλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν· id est, *neque genus eorum, neque unde venerint, nec quò abierint, compertum habere*. Vnde etiam illud Philostrati, in Heroicis, in Protesilao: Δίκαιοι δὲ ταῦτα Ὅμηρος, ἀποπεμῶν ἐς λόγον, καὶ ἀναλυθεὶς Ὀδυσσεῖ μᾶλλον. διὸ ὃν Κυκλώπων τε αὐτῷ ἐπενοήθη γένος, ἀδαμῶς τῆς γῆς φυόντες· Λαιστρυγόνες τε ἀνετυπώθησαν, ἃς οὐδεὶς οἶδεν ὅπου γεγόασι. Id est: *Percurrit hæc Homerus; Troicum abscindens sermonem; Vlyssique potiùs eum dedicans. propter quem Cyclopum ab eo excogitatum est genus; quum nusquàm terrarum fuerint: expressique Læstrygones; quos nemo, ubi umquàm fuerint, novit.* ELISAE tamen, Iavanis filii, Iapheti nepotis, Noachi pronepotis, fuisse posteros; ac primis statim post terrarum inundationem temporibus, post confusionem ad Babylonem primævæ lingvæ, in gentium per omnem terrarum orbem dispersione, in insulam hanc trajecisse; prolixâ ac doctissimâ exsequitur dissertatione sagacissimi animi vir Marianus Valguarnera, in supradicto libro de primis Siciliæ Italiæque cultoribus. ubi Græcos eos fuisse, Aeolici sive Pelasgici generis, ostendit. Ego verò miror, nihil tale neque Thucydidem neque alium quemquam ex vetustissimis dispexisse auctoribus. quidpe Diodorus, cuius verba infrà videbimus, ultimas omnium in Siciliam colonias deduxisse, tradit, Græcos. & Thucydes, ut infrà patebit, primos ait Græcorum Chalcidenseis in Siciliâ condidisse *Naxum*. quod tandem anno à Troiano bello CCCCXLVIII factum, suo loco monstrabitur. *Trinacriam* sanè (quod & ipsum urget doctissimus Valguarnera) ante *Sicanorum* adventum nominatam fuisse insulam, tradit Thucydides; &, hunc haud dubiè sequuti, reliqui omnes. qui etiam ἀπὸ τῶν τριῶν ἄκρων, id est, *à tribus promontoriis*, in quæ insula triangulâ specie excurrit, ita nuncupatam interpretantur. At quibus ita dicta fuerit; ipsis indigenis, an Græcis in Græciâ illius ævo hominibus; non addit Thucydides. Græcis verò fuit vulgare, exteris gentibus terrisque è suâ lingvâ imponere vocabula.

Cuius

Cuius rei, præter innumera, quæ in monumentis eorum exſtant, exempla, locupletiſſimus teſtis eſt Ioſephus, antiquitat. Iudaic. lib. I, cap. VI, his verbis: Καὶ τῶν ἐθνῶν ἔνια μὲν διαστέλλει τοὺς ἀπὸ τῶν κλισιόντων κειμένας προσηγορίας· ἔνια δὲ καὶ μετέβαλον. ἃ δὲ καὶ πρὸς τὸ συμφέρον εἶναι δοκεῖν τοῖς παροικοῦσι τροπὴν ἔλαβον. Ἕλληνες δ' εἰσὶν οἱ τούτου καταρξάντες αἴτιοι. ἰσχύσαντες γὰρ ἐν τοῖς ὕστερον, ἰδίαν ἐποιήσαντο καὶ τὴν πάλαι δόξαν, καλλωπίσαντες τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ σωφρονεῖν αὐτοῖς, καὶ νόμον θέμενοι πολιτείας ὡς αὐ ἀφ' αὐτῶν γεγονόσιν. Hoc eſt: *Gentium nonnullæ adhuc ſervant derivatam ab ſuis conditoribus adpellationem: quædam verò mutaverunt. aliæ in familiarem accolis & notiorem vocem ſunt verſæ; Græcis potiſſimùm talis nomenclaturæ auctoribus. hi quidpe poſterioribus ſæculis veterem locorum gloriam ſibi uſurpaverunt; dum genteis nominibus ſibi notis inſigniunt; dumque, tamquàm ad ſuum genus pertinerent, mores quoque proprios in illas invehunt.* Quòd ſi verò, ipſis Siciliæ inſulæ incolis Cyclopibus ſive gigantibus adpellatam fuiſſe *Trinacriam*, credere libeat: dubium tamen atque ambiguum etiam tum manet, utrum ἀπὸ τῶν τριῶν ἄκρων dicta ſit τρινακρία· an verò ab rege aliquo ſeu principe inſulæ Trinaco *Trinacia*, ſive per θ à Thrinaco *Thrinacia*; ut antiquiſſimus huius inſulæ memorator habet Homerus. Nam, quòd ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος τῆς θρίνακος ſive τρίνακος, id eſt, *à ſimilitudine tridentis* denominatam voluerunt nonnulli poſterioris ſæculi grammatici; id jam dudum ipſe grammaticus Heracleenſis ab Sicanis, Ibericâ ſive Hiſpanicâ gente, dictam Trinacriam tradit; ut ſuprà citatum. Verùm hactenus ſufficiat veterum ſcriptorum de antiquiſſimis huius inſulæ incolis ac nomine oſtendiſſe mentem.

Cæterùm Thucydides, loco ſuprà ſcripto, Παλαιότατοι μὲν, inquit, λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. id eſt; *Antiquiſſimi feruntur partem quamdam regionis incoluiſſe Cyclopes atque Læſtrygones.* Sic equidem & Plinio, ut ſuprà citatum, & Solino, in Siciliâ circa Leontinos, quæ urbs nunc vulgò vocatur *Lentini*, retulerunt LAESTRYGONES. quibus accedit & Didymus; in Odyſſ. lib. X ita commentans: Φασὶ δὲ τοὺς Λαιστρυγόνας καταοικῆσαι τὴν τῶν Λεοντίνων περὶ Σικελίαν χώραν. Hoc eſt: *Aiunt autem Læſtrygonas Leontinorum in Siciliâ quomdam tenuiſſe agros.* Sed & Tzetzes, ad Lycophronis commentans verba; quæ ſunt de Vlyſſis erroribus in Alexandrâ huiusmodi:

LAESTRYGONES *in Siciliâ nulli.*

Ὃς ὄψεται μὲν Ὃ μονογλώχου σέγας
Χάρωνος, οἴνης τῷ κρεωφάγῳ σκύφον
Χερσὶ προτείνων τοὐπιδόρπιον ποτόν.
Ἔπειτα δὲ λείψανον πτελμάτων
Τοῦ κηραμώτου πελέκεως Παλαίμονος.

Hoc eſt:

Qui videbit, primùm unoculi tecta
Leonis, vini carnivoro ſcyphum
Manu porrigens, cœnæ potum:
Deinde videbit ſagittarum reliquias,
Alexicaci tediferi Palæmonis.

Ad quæ ita Tzetzes: Λείψανον πτελμάτων τὰς Λαιστρυγόνας λέγει. τούτους γὰρ Ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἡνίκα ἤλαυνε τὰς βοῦς Ὃ Γηρυόνου ἐπιχειροῦντος αὐτῷ πολεμεῖν. λείψανον δὲ λέγει τοὺς ἀπολοίπους τῶν ἀναιρεθέντων. Λαιστρυγόνες δὲ εἰσὶν οἱ νῦν ἐν Σικελίᾳ Λεοντῖνοι. Id eſt: *Reliquias ſagittarum Læſtrygonas vocat. hos enim Hercules ſagittis confecit, quum boves ageret Geryonis; qui bellum ei movere auſus fuerat. Reliquias autem vocat eos, qui interemtis ſuperſtites fuère. Læſtrygones verò ſunt, qui nunc in Siciliâ Leontini dicuntur.*

Idem Lycophron poſteà:

Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τριπλᾶς
Ναύταις ἔδωκε φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κηποδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ πεσεῖν θηρὸν ὠμηστῆς βορὰν,
Μολόντας ἃς γλῶ ἔσπερον Λαιστρυγόνων.

 Hoc eſt:

Hoc est:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram,
Errones eò delati; ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phænodamantis filias,
Balænam pascentibus stimulatus cladibus,
Procul exponendas feris crudelibus,
Profectis in occidentalem Læstrygonum terram.

Opida intelligit, in extimis versus occidentem Siciliæ partibus, *Erycem*, *Aegestam*, & *Entellam*; ut suo loco ostendetur. Tzetzes, ad ista poëtæ verba commentans, Λαιστρυγόνες, inquit, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. εἰσὶ δὲ ἐν Σικελίᾳ, ὡς ληρεῖσιν, ὑπάρχοντες ἀνθρωποφάγοι, διὰ τὸ ἀνελεῖν τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους. οὐ γὰρ ἦσαν εἰθισμένοι ξένους ὑποδέχεσθαι. Id est: *Læstrygones, qui nunc Leontini. Sunt autem in Siciliâ, ut nugantur, humanâ vescentes carne; quia Vlyssis interemerunt socios. non enim soliti erant peregrinos recipere.* At in Italiâ eos posuisse ipsum Homerum, in Formiano litore, haud ita procul à Circæo monte, in eo opere, quod de Italiâ conscripsimus, ostensum est: pluribusque documentis ostendetur infrà, ad finem huius de Siciliâ commentationis; ubi Vlyssis errores enarrabo. Diodorus equidem, lib. IIII, eamdem Herculis pugnam tribuit Siciliæ: sed cum Sicanis, non cum Læstrygonibus, congressum tradit.

PHAEACES *in Siciliâ.*

De *Cyclopibus* quæritur, quam insulæ partem tenuerint: & qui reliqui illi fuerint mortales, Cyclopum in eâdem insulâ contermini. Ipse Homerus vicinos eis facit Φαίακας, PHAEACES, Odysseæ lib. VI, his verbis;

——— Αὐτὰρ Ἀθήνη
Βῆ ῥ' ἐς Φαιήκων αὐδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε·
Οἳ πρὶν μὲν πολὺ ἔναιον ἐν Ὑπερείῃ,
Ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερβασιαόντων·
Οἳ σφέας σινέσκοντο, βίηφι γὰρ φέρτεροι ἦσαν.
Ἔνθεν ἀναστήσας ἄγε Ναυσίθοος θεοειδὴς·
Εἷσεν δ' ἐν Σχερίῃ ἐκὰς αὐδρῶν ἀλφηστάων·
Ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλῃ, κὴ ἐδείματο οἴκους,
Καὶ νηοὺς ποίησε θεῶν, καὶ ἐδάσσατο δῶρα.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη κηρὶ δαμεὶς εἴδος δὲ βεβήκει·
Ἀλκίνοος δὴ τότ' ἤρχε.

Id est: ——— *At Minerva*
Ibat ad Phæacum populum atq; urbem:
Qui anteà habitabant in speciosâ Hyperiâ,
Prope Cyclopas, viros superbienteis.
Qui eos prædabantur; quum viribus forent potiores.
Hinc eos deduxit Nausithous, deo similis;
Collocavitq; in Scheriâ, procul ab hominibus ingeniosis.
Vrbemq; muro munivit, & domos ædificavit:
Templaq; struxit deorum, & agros divisit.
Sed hic, fato domitus, ad inferos jam descenderat.
Alcinous verò tunc imperabat.

HYPERIA, *Phæacum antiqua sedes.*

Quæ ista fuerit Ὑπέρεια HYPERIA, ostendunt commentatores Homeri, Didymus & Eustathius, aliique grammatici. Didymus: Ὑπέρεια· οἱ μὲν τὴν ἐν Σικελίᾳ Καμαρίναν· οἱ δὲ ὅπου ἂν ὑπὲρ τὴν ἡμῖν γινωσκομένην. ἄλλοι δέ, ὅτι τῶν νῆσον πρότερον πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. Id est: *Hyperia. alii Siciliæ aiunt esse urbem Camarinam: alii confictum sic vocabulum ab eo, quòd ultra nobis cognitam terram situs sit locus. alii insulam priùs fuisse putant, prope Cyclopum terram.* Eustathius: Τὴν δὲ Ὑπέρειαν, πόλιν Σικελίας ἔνιοι φασι, τὴν ὕστερον Καμαρίναν· οἱ δὲ νῆσον πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. Σημείωσαι δὲ, ὅτι ἐν σωτηρίᾳ δοκεῖ τῷ ποιητῇ οἱ τὴν Ὑπέρειαν νῆσον λέγοντες. πῶς γὰρ αὐ νησιῶται ὄντες οἱ ἐν αὐτῇ, ὑπὸ Κυκλώπων ἐβλάπτοντο, οἷς νῆες οὐκ ἦσαν καθὰ τὴν Ὀμηρικὴν ἱστορίαν. Hoc est: *Hyperiam quidam Siciliæ urbem aiunt esse, quæ posteà Camarina dicta. alii verò insulam volunt prope Cyclopum terram. Nota autem, quòd minimè cum poëtâ consentire videntur, qui Hyperiam insulam esse dicunt. quidpe si insulani fuêre eius incolæ, quomodò à Cyclopibus infestari potuerunt; ut quibus, secundùm Homeri traditionem, naves fuêre nullæ?* Omnino absurdum est istud

est istud apud Didymum πρότερον. Ego ex Eustathio corrigendum censeo in hunc modum: οἱ μὲν τὴν ἐν Σικελίᾳ ὕστερον Καμαρίναν. *. ἄλλοι δὲ, ὅτι λῶν νῆσος, πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. Id est: *Alii eam dicunt esse Siciliæ urbem, quæ postmodùm Camarina dicta. alii insulam, Cyclopum terræ vicinam.* Apud Stephani epitomatorem ita legitur: Ὑπέρεια, πηγὴ Μεσηΐδος, καὶ πόλις Σικελική. id est: *Hyperia, fons Meseidis; & item urbs Sicula.* Hinc etiam Hesychius: Ὑπέρεια, ἡ τῶν Φαιάκων πόλις καὶ κρήνη. id est: *Hyperia; Phæacum urbs & fons.* fortassis heic interiit ultima vox Μεσηΐδος. Svidas simpliciter scripsit, Ὑπέρεια, ὄνομα κρήνης. hoc est: *Hyperia; nomen fontis.* Qui tamen & ipse haud dubiè, unà cum Stephano atque Hesychio, intellexit fontem illum
10 Meseidis, Homero Iliad. lib. VI celebratum. At apud Vibium tamen Sequestrum, in catalogo paludum, hæc leguntur verba: *Camarina nunc, ante Hesperie dicta; Syracusis propinqua.* Vbi legendum esse, *Hyperie*, suprà scripti Didymi Eustathiique loci apertè indicant. De *Camarinâ paludæ*, unde nomen urbs traxit, suo loco dicetur. Exstat verò eodem nomine hodiéque, unà cum tenuibus urbis antiquæ vestigiis, in meridionali insulæ latere, L millia à Pachyno promontorio, quod vulgò nunc est *Capo Passaro*, dissita. Illa Vibii verba, *Syracusis propinqua*, ne te moveant. sic scilicet & in catalogo fluminum dixit, *Chrysas; Syracusis, ex monte Hereo.* & mox: *Elorus, Syracusarum; à quo civitas.* ac deinde: *Taurominius, inter Syracusas & Messanam.* Quum tamen ab *Eloro*, vulgò *Abiso* nunc dicto, ad Syracusas XL sint millia. hinc
20 verò ad *Chrysam*, vulgò *Dataino* adpellatum, XXXII: inter Syracusas autem & Messanam, C. Porrò apud Eustathium, in commentariis ad Odyss. lib. X leguntur ista: Ἄλλοι δὲ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν πεπλανῆσθαι τὸν Ὀδυσσέα εἰπόντες, ὃ μόνον οὗτοι Κύκλωπας οἴδασι, Λεοντίνους καλουμένους, ἀλλὰ καὶ Λωτοφάγους τοὺς τῇ πατρῴᾳ φασὶν εἶναι οὗτοι νῦν Ἀκραγαντίνους· οἱ δὲ οὗτοι Καμαριναίους. *Alii verò, qui circa Siciliam atque Italiam Vlyssem erraſſe aiunt; non tantùm Cyclopas intelligunt eos, qui nunc vocantur Leontini; sed & Lotophagos poëtæ aiunt esse eos, qui nunc dicuntur Agrigentini; alii vero Camarinenseis.* Quàm ritè isti ex Homeri historiâ navigationem Vlyssis ab Agrigentino agro ad Cyclopas & insulæ latus orientale deduxerint, hinc verò ad Aeoliam insulam, septemtrionali lateri objacentem; haud equidem video. Potior sanè est Polybii ac Strabonis sen-
30 tentia. qui, haud dubiè antiquiores sequuti auctores, Lotophagos istos Homeri in Meningi ponunt, Syrtis minoris ad Africam insulâ, vulgò hodiè *Le Gerbe* dictâ. unde profectus Vlysses, non ad Leontinorum fineis, aut Aetnam montem, sed ad Pachynum adpulit promontorium: ut posteà in erroribus eius certis documentis ostendam.

Quòd autem supradicti auctores Vlyssem ad Aetnam & Leontinos pervenisse tradiderunt; eóque ad radices eius montis *treis Cyclopum scopulos* & *Vlyssis portum* nominavit Plinius: id eò factum puto, quòd hunc tractum Cyclopas incoluisse, apud antiquiores legerant scriptores. Ego verò hinc colligo, omne ferè insulæ hoc latus ad Pachynum usque promontorium, sive ad Camarinensium usque fineis, tenuisse Cyclopas, Phæacibus conterminos. Hinc etiam illud Theocriti, in Idyl-
40 lio VII:

Ἆρά γέ πα τίῶον τὸν ποιμένα, τὸν πόκ' Ἀνάπω,
Τὸν καρτερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε
Τοῖον νέκταρ ἔπισε καὶ αὐλία ποσὶ χορεύσαι;

Hoc est:

Num pastorem illum olim ad Anapum,
Fortem illum Polyphemum, qui in montibus saxa torquebat,
Tale nectar movit, ut per stabula pedibus saltaret?

Ad Aetnam eos posuit Euripides quoque, poëta antiquissimus, in fabulâ, quæ Cyclops inscribitur, ubi Silenus ita Vlyssem adloquitur:

Ἤδη ἦ Μαλέας πλησίον πεπλωσίας,
50 Ἀπηλιώτης ἄνεμος ἐμπνεύσας δορὶ,
Ἐξέβαλεν ἡμᾶς τοῦσδ' ἐς Αἰτναίαν πέτραν,
Ἵν' οἱ μόνωπες πνοῖσι τοῖσδε θεῶν,
Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ', αὐδροκτόνοι.
Τούτων ἑνὸς ληφθέντες ἐσμὲν ἐν δόμοις
Δοῦλοι. καλοῦσι δ' αὐτὸν, ὦ λατρεύομεν,
Πολύφημον.

Id est:

Iam prope Maleam naviganteis
Subsolanus ventus, adspirans ad navem,
Impulit nos ad hanc Aetnæam rupem;
Vbi monoculi filii marini dei
Cyclopes habitant antra vasta, homicidæ.
Horum unius capti sumus in ædibus
Servi. vocant autem eum, cui servimus,
Polyphemum.

Tum & Latini poëtæ. in quibus Tibullus, lib. IIII, carm. I, ita canit: 10

Non valuit Cyclops cœptos avertere cursus.
Cessit & Aetnæa Neptunius incola rupis,
Victâ Maroneo fœdatus lumina Baccho.

Statius, Thebaid. lib. VI:

Quale vaporiferâ saxum Polyphemus ab Aetnâ
Lucis egente manu, tamen in vestigia puppis
Audita, juxtaque inimicum exegit Vlyssem.

Et Virgilius, Aeneid. lib. III; ubi Achæmenides, unus ex Vlyssis sociis, ad Aetnam montem à fugientibus relictus, ita Aeneam, in navi stantem, è litore adloquitur:

Nam qualis quantusq; cavo Polyphemus in antro 20
Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera pressat;
Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.

* * * * *

At genus è silvis Cyclopum & montibus altis
Excitum, ruit ad portus, & litora complent.
Cernimus adstanteis nequidquam lumine torvo
Aetnæos fratres, cœlo capita alta ferenteis,
Concilium horrendum: quales cum vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi 30
Constiterant.

Et inter geographos Strabo, lib. I: Ἔλαβεν οὖν Ὅμηρος τὰς ἀρχὰς τῆς ἱστορίας ταύτας. καὶ γὰρ τὸν Αἴολον διωικεῖσθαί φησι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας, ἀξένους ἴσως· διὸ καὶ τοὺς τόνδε τὸν πόρθμον ἀπρόσπελαστα εἶναι τοῖς πόροις. Id est: *Accepit ergo Homerus principia suæ poëseos ex historiâ. nam & Aeolum Liparæis insulis imperasse, atque loca circa Aetnam & Leontinum agrum tenuisse Cyclopas & Læstrygonas, homines inhospitaleis, tradit: ideoq; loca freto vicina illius temporis hominibus fuisse inaccessa.* Et in Latinis Mela, lib. II, cap. VII: *Montium Eryx maximè memoratur, ob delubrum Veneris, ab Aeneâ conditum: & Aetna; quæ Cyclopas olim tulit: nunc adsiduis ignibus flagrat.* Sic & oratorum princeps Cicero, in Verrinâ V: *Cyclops alter, multo importunior. hic enim* 40 *totam insulam obtinebat: ille Aetnam solam & eam Siciliæ partem tenuisse dicitur.* Atque in hoc maximè insulæ latus illa Homeri congruunt, de fertilitate Cyclopum agri, Odysseæ IX:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθ', οἵ ῥα, θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀροῶσιν·
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἄνηροτα πάντα φύονται,
Πυροὶ καὶ κριθαὶ, καὶ ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον, καὶ σφίν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.

Hoc est: 50

Cyclopum ad terram superborum exlegumque
Venimus. qui, diis freti immortalibus,
Neque plantant manibus plantam, neque arant.
Sed hæc inseminata atque inarata omnia proveniunt;
Triticum, hordeum atque vites; quæ ferunt
Vinum magnis uvis: ipsis verò Iovis imber incrementum dat.

Quæ

Quæ quamvis de universâ insulâ intelligi possint; tamen nulla eius pars lætior est dicto latere orientali. Hinc etiam Diodorus, lib. V; Ἐν δὲ τῷ Λεοντίνῳ, inquit, πεδίῳ, καὶ κατὰ πολλὰς ἄλλας τόπους τῆς Σικελίας μέχρι τοῦ νῦν φύεσθαι τὰς ἀγρίας ὀνομαζομένας πυρούς. id est: *In Leontino agro, aliisq; Siciliæ locis compluribus, etiamnunc triticum nasci ferunt, quod agreste vocant.*

Iam verò, quia ἐν μέρει τινὶ, id est, in *parte quædam* insulæ tantùm, eâque exiguâ, habitarunt Cyclopes; juxtaque eos Phæaces, & ipsi exigua gens; ut quàm universam postmodùm una Corcyra insula, haud perinde magna, recepit: quæritur, quinam mortales reliquum Siciliæ incoluerint. Id planè incertum est: quum eâ de re nihil antiqui prodant auctores. Fuisse tamen heic quoque Gigantum genus, patet ex suprà memoratis ossibus, quæ ad Erycem montem, in extremâ versus occidentem insulæ parte, & prope Panormum urbem superiori sæculo reperta fuêre; & heic etiamnunc reperiuntur; teste Valguarnerâ: qui ipse nonnulla eruit. Vniversa igitur insula quondam genus tulit Gigantum: qui in diversos populos sive familiarum corpora fuêre divisi. ex quibus memorantur antiquis scriptoribus CYCLOPES supradicti, atque PHAEACES. Hos postquàm jam antiquissimis temporibus, à Cyclopibus pulsos, ex hac insulâ in Corcyram deduxit Nausithous; ut suprà intellectum: sedeis eorum occupasse pulsores, haud dubium est.

GIGANTES *omnem olim tenuêre Siciliam.*

Restat nunc, uti de habitationibus ac vivendi consuetudinibus Cyclopum ceterorumque per Siciliam gigantum dispiciamus, quales eæ fuerint. De his ita Homerus dicto Odyss. lib. IX:

CYCLOPVM *vivendi genus.*

Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες·
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα,
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι. θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων· οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι.

Hoc est:

Illis verò neque conciones consiliariæ sunt, neque jura.
Sed celsorum montium inhabitant cacumina,
In speluncis cavis. jus autem dat unusquisque
Liberis atque uxoribus. neque se invicem curant.

Strabo, lib. XIII: Εἰκάζει δὲ Πλάτων, μετὰ τὰς κατακλυσμοὺς τρία πολιτείας εἴδη συνίστασθαι. πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τοῖς ἀκρωρείαις, ἁπλῆν τι καὶ ἄγριον· *. *. Ταύτας δὴ διαφορὰς ὑπογράφειν φησὶ τὸν ποιητὴν ὁ Πλάτων· τὴν μὲν πρώτης πολιτείας παράδειγμα τιθέντα τὴν τῶν Κυκλώπων βίον, αὐτοφυῶς νεμομένων καρπὸς, καὶ τοῖς ἀκρωρείαις κατοικούντων ἐν σπηλαίοις τισίν. Hoc est: *Plato conjicit, post terrarum inundationem tres exstitisse vitæ degendæ formas. primam in summis montium cacuminibus, simplicem & agrestem.* Mox: *Hæc Plato discrimina ait ab Homero notari. atque eum pro exemplo primæ formæ posuisse Cyclopum vitam: qui fructus sponte natos carperent; inque summis montibus ac speluncis habitarent.* Euripides in dictâ fabulâ, quæ Cyclops inscribitur, tale colloquium inter Vlyssem instituit, ad litus Siciliæ adpellentem, & inter Silenum, qui captivus Polyphemo serviebat:

Οδ. Τίς δ' ἥδε χώρα, τοῖνες ναίουσί νιν;
Σιλ. Αἰτναῖος ὀχθος Σικελίας ὑπέρτατος.
Οδ. Τεῖχη δὲ πῶ 'στι τοῦ πόλεως πυργώματα;
Σιλ. Οὐκ εἰσ'. ἔρημοι πρῶνες ἀνθρώπων, ξένε.
Οδ. Τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος;
Σιλ. Κύκλωπες αὐτὰρ ἔχοντες, ἀ στέγας δόμων:
Οδ. Τίνος κλύοντες; ἢ δεδημόσιον κράτος;
Σιλ. Νομάδες. ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.
Οδ. Σπείρουσι δ', ἢ τῷ ζῶσι, δήμητρος στάχυν;
Σιλ. Γάλακτι τοῦ τυροῖσι, τοῦ μήλων βορᾷ.
Οδ. Βρομίου δὲ πῶμ' ἔχουσιν ἀμπέλου ῥοαῖς;
Σιλ. Ἥκιστα. τοῦ γὰρ ἄχαρμν οἰκοῦσι χθόνα.
Οδ. Φιλόξενοι δὲ, χ' ὅστοι πεῖ ξένους;
Σιλ. Γλυκύτατα φασὶ τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν.
Οδ. Τί φῆς; βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ;
Σιλ. Οὐδεὶς μολὼν δεῦρ' ὅστις ἀ καπεσφάγη.

Id est:

Vl. *Quæ hæc est terra? & quinam eam habitant?*
Sil. *Aetnæus est tumulus Siciliæ altissimus.*
Vl. *Moenia verò ubi sunt, & urbis turres?*
Sil. *Nullæ sunt. tumuli isti sine hominibus sunt, hospes.*
Vl. *Quinam verò hanc habent terram? estne aliquod genus ferarum?*
Sil. *Cyclopes; antra habentes, non tecta domorum.*
Vl. *Cui parent? an populare est imperium?*
Sil. *Vagi sunt pastores. nec ullus ullâ in re alteri paret.*
Vl. *Seminantne spicas Cereris? aut unde vivunt?* 10
Sil. *Lacte, & caseis, & pecudum esu.*
Vl. *Bacchine potum habent ex fluxu vitis?*
Sil. *Minimè. ingratam enim ei habitant terram.*
Vl. *Suntne hospitales, ac pii in hospites?*
Sil. *Dulcissimas dicunt carnes hospites ferre.*
Vl. *Quid ais? delectanturne voratione cæsorum hominum?*
Sil. *Nemo vênit huc, qui non interfectus sit.*

Et apud Virgilium, Aeneid. lib. III, Achæmenides è litore Troianos, ut suprà dictum, ita adloquitur:

Heic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, 20
Immemores socii vasto Cyclopis in antro
Deseruêre. Domus sanie dapibusq; cruentis
*Intus opaca, ingens. * . * . * .*
Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.

Ad hæc Servius ita: *Curva hæc habitant ad litora vulgò. ne tantùm in montibus esse putarentur.* Ex quibus verbis docti quidam hoc ævo Siculi auctores elicere conantur, habitasse Cyclopas urbeis in litore positas: &, inter alias, maximè Syracusas, Panormum, & quæ paullum à mari recedit, Leontinos. nam nullas eos neque ædificasse neque incoluisse urbeis, contra Homerum, aliosque veteres scriptores pariter 30 omneis negant exemplis gigantum Asiaticæ terræ, ex sacris libris productis. Quin absurdum putant, postquàm Babylonis urbis turrisque in eâ ingentis structioni interfuissent primi illi Siciliæ à Babylone deducti coloni, voluisse eos in specubus degere. His ego exempla contrà adducere possum nonnullarum gentium; quarum aliæ sine urbibus, aliæ prorsus sine omni domo degerunt. De Germanis Tacitus, in libro, quem de eâ gente conscripsit; *Nullas*, inquit, *Germanorum populis urbeis habitari, satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedeis.* Et sub finem eiusdem libri, de Fennis, Germanicâ natione: *Fennis mira feritas, fœda paupertas. non arma, non equi, non penates. victui herba, vestitui pelles, cubile humus. sola in sagittis spes: quas, inopiâ ferri, ossibus asperant. idemq; venatus viros pariter ac feminas alit. passim enim comitantur,* 40 *partemq; prædæ petunt. nec aliud infantibus ferarum imbriumq; suffugium, quàm ut in aliquo ramorum nexu contegantur. huc redeunt juvenes; hoc senum receptaculum. id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus; suas alienasq; fortunas spe metuq; versare.* Seneca, in libro de Providentiâ divinâ: *Omneis considera genteis, in quibus Romana pax desinit. Germanos dico, & quidquid circa Istrum vagarum gentium occursat. perpetua illos hiems, triste cœlum premit; malignè solum sterile sustentat: imbrem culmo aut fronde defendunt.* De Sarmatis Mela, lib. II, cap. I: *Ob sæva hiemis admodùm adsiduæ, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant.* De eâdem gente Virgilius, Γεωργικῶν lib. III:

Ipsi in defossis specubus secura sub altâ
Otia agunt terrâ: congestaq; robora totasq; 50
Advolvêre focis ulmos, ignique dedêre.

Xenophon, de Expedit. Cyri lib. IIII, de frigidis Armeniæ partibus: Αἱ δ' οἰκίαι ἦσαν καταγειοι· τὸ μὲν στόμα ὥσπερ φρέατος, κάτω δ' εὐρεῖαι· αἱ δ' εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί, οἱ δ' ἀνθρωποι κατὰ κλίμακας κατέβαινον. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν αἶγες, βόες, ὄϊες, ὄρνιθες, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων. Id est: *Domicilia erant subterranea: quorum ostium simile putei ori; inferiora autem lata. introitus eorum pro jumentis effossi: homines per scalas descendebant. erantque in iis capræ, boves, oves, aves; & quæ his procreata.* Sed antiqua ista mittamus.

quot

quot ac quantæ gentes, non in extero Orbe tantùm, quem Americam vocamus; nec in Africâ, aut Asiâ; sed in nostrâ etiam Europâ, versùs orientem, septemtrionem, & occidentem, iisdem moribus etiamnunc vivunt? Atqui harum gentium pariter omnium primi conditores à Babylone in suas quisque profecti fuêre terras. Cur igitur & ipsi modum ædificandarum inhabitandarumque urbium, quem ad Babylonem didicerant, in suas quisque terras non detulerunt? Certè, quidquid tandem rationis habuerint, maxima pars mortalium antiquissimum illum, à primo mortalium Adamo institutum, etiam multis sæculis post aquarum inundationem observavêre morem; de quo ita Ovidius, Μεταμορφώσεων lib. I:

10 *Tum primùm subière domos. domus antra fuerunt;*
Et densi frutices, & junctæ cortice virgæ.

Et Iuvenalis, Satyrâ VI:

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamq; diu: quum frigida parvas
Præberet spelunca domos; ignemq;, laremq;,
Et pecus & dominos communi clauderet umbrâ.

Quid igitur vetat, quo minùs idem de Cyclopibus istis antiquissimis Siciliæ cultoribus credam vetustissimis auctoribus? Planè nihil. Servii equidem mens in præscriptis verbis quæ fuerit, ambiguum est. at ubi *centum* illi *alii*, *curva habitantes ad*
20 *litora*, fuerint Cyclopes; patet disertè ex sequentibus poëtæ verbis;

At genus è silvis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & litora complent.

Nempe, quum ipsius Aetnæ montis radices, harumque antra, (quæ tamen crebris Aetnæ incendiis obruta obstructaque nunc latent) ad mare accedant; nihil mirum, si *ad litora* Cyclopas *habitasse* dixit poëta. Solinus, cap. XI, *Gentem*, inquit, *Cyclopum vasti testantur specus*. Habitationes scilicet sive domos Cyclopum intellexit & ipse: non sepulcra; ut vult doctissimus Valguarnera. aliàs quidpe dicturus erat, *vasta ossa*, vel *vasta cadavera*, in specubus reperta. Vnde enim sepulcra esse conjectasset, nisi ex ossibus? Verùm de habitationibus Cyclopum jam satis superque dictum puto.
30 ad reliqua pergamus.

Cyclopum cæterorumq; per Siciliam Gigantum genus quomodò tandem omne & quando interierit, incertum est. Post hos primi Σικανοὶ SICANI insulam tenuisse memorantur. Iustinus, lib. IIII: *Cyclopibus exstinctis, Cocalus regnum insulæ occupavit*. Hunc *Sicanorum* fuisse regem, posteà patebit. Hinc Silius, lib. XIIII, *terram vacantem* occupasse Sicanos ait his verbis: SICILIAE varii incolæ.

Post dirum Antiphatæ sceptrum & Cyclopeia regna
Vomere verterunt primùm nova rura Sicani.
Pyrene misit populos, qui nomen, ab amne
Adscitum patrio, terræ imposuêre vacanti.
40 *Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, novavit*
Possessis bello mutata vocabula regnis.
Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat
Sicanum Siculo nomen. Mox accola Minos
Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohortis,
Dædaleam repetens pennam: qui fraude nefandâ
Postquàm perpetuas judex concessit ad umbras
Cocalidum insidiis, fesso Minoia turba
Bellandi studio, Siculis subsedit in oris.
Miscuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes,
50 *Troianusque Elymus.*

Thucydides lib. VI: Ὠικίσθη δ' ἡ Σικελία ὧδε παρχαῖον, καὶ τοσάδε ἔθνη ἔχει τὰ ξύμπαντα· Παλαιοτάτοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. δρεπέτω δ' ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, καὶ ὡς ἕκαστός τι γιγνώσκει περὶ αὐτῶν. Σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοί φασι, καὶ πρότεροι, ἀλλὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι· ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια δρᾶσκει ται, Ἴβηρες ὄντες, καὶ ἀπὸ Σικανοῦ ποταμοῦ, ἐν Ἴβηρι, ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. καὶ ἀπ' αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο, πρότερον Τριναχρία καλουμένη. οἰκοῦσι δὲ ἔτι καὶ νῦν τὰ πρὸς ἑσπέραν τῆς Σικελίας. Ἴλιοι δὲ ἀλι-

δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦντο πρὸς τὴν Σικελίαν· καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξυμπαντὸς μὲν Λίμνοι ὠνομάζοντο, πόλεις δ' αὐτῶν Ἔρυξ καὶ Ἔγεστα. προσχωρήσαι δὲ αὐτοῖς καὶ φυγάδων τινὲς, τῶν ἀπὸ Τροίας, ὅτι χειμῶνι ἐς Λιβύην πρῶτον, ἔπειτα ἐς Σικελίαν ἀπ' αὐτῆς καταπεχθέντες. Σικελοὶ δ' ἐξ Ἰταλίας (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν, φεύγοντες Ὀπικοὺς, ὡς μὲν εἰκὸς, καὶ λέγεται, ὑπὸ χειμῶνος, τηρήσαντες τὸν πορθμὸν, καλούντο δ' αἰέμνα, τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐκπλεύσαντες. εἰσὶ δὲ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί· καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰταλοῦ, βασιλέως τινὸς Ἀρκάδων [rectiùs, vt manuscripta habent exemplaria, Σικελῶν· hoc enim Servius legit; ut infrà patebit.] τοῦνομα τοῦτο ἔχουσα, ὅτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη. ἐλθόντες δὲ ἐς τὴν Σικελίαν, στρατὸς πολὺς, τούς τε Σικανοὺς κρείττους μάχῃ, ἀπέστειλαν πρὸς τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἑσπέρια αὐτῆς, καὶ αὐτὴ Σικανία Σικελίαν τὴν νῆσον ἐπωνόμασαν καλεῖσθαι, καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες, ἐπεὶ διέβησαν, ἔτη ἐγγὺς τριακόσια πρὶν Ἕλληνας ἐς Σικελίαν ἐλθεῖν. ἔτι δὲ καὶ νῦν τὰ μέσα καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν τῆς νήσου ἔχουσιν. ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες πρὸ πάσας μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ὅλας τῇ θαλάσσῃ ἀποτεμνόντες, καὶ τὰ ὁλοκείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν, τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἀκλιπόντες τὰ πλέω, Μοτύαν καὶ Σολόεντα καὶ Πανόρμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων συνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐνταῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. Βάρβαροι μὲν οὖν τοσόνδε Σικελίαν καὶ ὅτως ᾤκησαν. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ, Νάξον ᾤκισαν. Συρακούσας δὲ ἐχομένους ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκ Κορίνθου ᾤκισε, Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον ἐκ τῆς νήσου, ἐν ᾗ νῦν ἐκεῖ περικλυσταῖς ἡ πόλις ἡ ἐντός ἐστιν· ὕστερον δὲ χρόνῳ καὶ ἡ ἔξω προσεκτίσθη, πολυανθρωποῦντο ἐγένετο. Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδεῖς ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, Λεοντίνους τε, πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι, καὶ μετ' αὐτοὺς Κατάνην· οἰκιστὴν δὲ αὐτῆς Καταναῖοι ἐποιήσαντο Εὔαρχον. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Λάμις, ἐκ Μεγάρων ἀποικίαν ἄγων, ἐς Σικελίαν ἀφίκετο, ἐν ὑπὲρ Παντακίου τε ποταμοῦ Τρωτιλόν τι ὄνομα χωρίον οἰκίζας, καὶ ὕστερον αὐτόθεν τοῖς Χαλκιδεῦσιν ἐς Λεοντίνους ὀλίγον χρόνον ξυμπολιτεύσας, καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐκπεσών, ἐν Θάψῳ οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει, οἱ δ' ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες, Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ παρόδου τὴν χώραν, καὶ καθηγησαμένου, Μεγαρέας ᾤκισαν, τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. καὶ ἔτη οἰκήσαντες πέντε καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ὑπὸ Γέλωνος τυράννου Συρακουσίων αἱρεθέντα ἐκ τῆς πόλεως καὶ χώρας. πρὶν δὲ ἀναστῆναι, ἔπεσον ὕστερον ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκίσαι, Πάμμιλον πέμψαντες ἐς Σελινοῦντα κτίζουσι· καὶ ἐκ Μεγάρων, τῆς μητροπόλεως ὅσης αὐτοῖς ἐπελθών, ξυγκατῴκισε. Γέλαν δὲ Ἀνάφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἐνάμου ἐκ Κρήτης ἐπίκλησιν ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν, ἔτει πέμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν. καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοῦνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον, οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶν, καὶ ὁ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται. νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐπέθεσαν αὐτοῖς. Ἔτεσι δὲ ἐγγύτατα ὀλίγῳ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκησιν Γελῶοι Ἀκραγαντα ᾤκισαν. Ζάγκλη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Κύμης, τῆς ἐν Ὀπικίᾳ Χαλκιδικῆς πόλεως, λῃστῶν ἀφικομένων ᾠκίσθη· ὕστερον δὲ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατῳκίσαντο τὴν γῆν. ὕστερον δὲ αὐτοὶ μὲν ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἱ Μήδους φεύγοντες προσέβαλον Σικελίᾳ. τοὺς δὲ Σαμίους Ἀναξίλας, Ῥήγινον τύραννος, ὁ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς ξυμμίκτων ἀνθρώπων οἰκίσας, Μεσσήνην ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ παρχαίου πατρίδος αὐτωνόμασε. Καὶ Ἱμέρα ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη ὑπὸ Εὐκλείδου καὶ Σίμου καὶ Σάκωνος. καὶ Χαλκιδεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι ἦλθον ἐς τὴν ἀποικίαν, ξυῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκ Συρακουσῶν φυγάδες, πάσει νικηθέντες, οἱ Μυληΐδαι καλούμενοι. καὶ φωνὴ μὲν μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος ἐκράθη, νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν. Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν· Ἄκραι μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, Κάσμεναι δὲ ἐγγὺς ἔτεσι μετὰ Ἄκρας. Καὶ Καμαρίνα πρεσβύτατον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη, ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. Τοσαῦτα ἔθνη Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων Σικελίαν ᾤκει. Hoc est: *Habitata antiquitus Sicilia in hunc modum fuit, ac genteis has in universum habuit: Antiquissimi feruntur partem quamdam regionis tenuisse Cyclopes atq; Læstrygones. quorum ego neq; genus, neq; unde venerint, nec quò abierint, compertum habeo. sufficiat, quod à poëtis memoratum est; quodq; apud se quisq; de illis sentit. Post hos Sicani primi demonstrantur incoluisse: atque esse, ut quidem ipsi prædicant, illis priores; quando indigenæ esse censentur. sed, ut veritas comperitur, quùm Iberi essent, à Sicano, Iberiæ flumine, Ligures eos ejecerunt. & ab eis tunc dicta Sicania insula, quæ priùs Trinacria appellabatur. incolunt verò etiam nunc loca Siciliæ ad occasum vergentia. Cæterùm, capto Ilio, quidam Troianorum, qui Achæos fugiebant, navibus in Siciliam applicuerunt: & collocatis juxta Sicanos sedibus, in universum Elymi appellati sunt. urbesq; eorum fuêre Eryx & Egesta. His alii coloni accesserunt Phocensium nonnulli, eorum scilicet, qui à Troiâ tunc in Libyam primùm tempestate delati, mox è Libyâ in Siciliam transmisêre: Siculi autem ex Italiâ, (hoc namq; habitavêre) fugientes Opicos, in eamdem insulam trajecerunt,*

jecerunt, ut & credibile est & fama fertur, ratibus; observato, quum ventus posuisset, freto: fortè etiam aliter transvecti. Sunt autem etiamnunc in Italiâ Siculi: ipsaque regio ab Italo quodam, Siculorum rege, hoc habente nomen, sic est cognominata. Hi magno cum exercitu in Siciliam transgressi, victis prælio Sicanis, & in parteis, quæ meridiem occasumque spectant, compulsis; effecerunt, ut pro Sicaniâ vocaretur insula Sicilia: optimaque eius quæque loca tenuerunt, ex quo eò transierunt, annis propè trecentis ante Græcorum in Siciliam adventum. & nunc etiam mediterranea eius atque ad septemtriones vergentia obtinent. Phœnices præterea circa omnem habitarunt Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisque insulis eidem objacentibus, negotiandi cum Siculis gratiâ. At postquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt; relictis plerisq;, Motyam, & Soluntem, ac Panormum finitima Elymis opida, sedibus ibi positis, unà incoluerunt; freti cùm Elymorum societate, tùm quia exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia distat. Tot igitur numero barbari atque in hunc modum habitavêre Siciliam. Græcorum autem primi Chalcidenses, ex Eubœâ classe profecti, duce coloniæ Theocle, Naxum condiderunt. Insequenti anno Archias, Heraclidarum unus è Corintho, Syracusas condidit; expulsis priùs Siculis ex eâ insulâ, in quâ non ampliùs mari circumflua urbs sita est interior. nam ea, quæ extra insulam est, diu post communita populoque frequentata est. Verùm Theocles atque Chalcidenses, è Naxo profecti, septimo post conditas Syracusas anno, Leontinos, ejectis bello Siculis, condunt; ac dehinc Catanam; cuius conditorem Catanenses constituerant Euarchum. Per idem tempus Lamis quoque coloniam deducens à Megaris, in Siciliam vênit; & super flumen Pantacium locum quemdam nomine Trotilum condidit. Hinc verò digressus, quum aliquantulo tempore in Leontinis unà cum Chalcidensibus rempublicam administrasset, ab eisdem exactus est. Thapso conditâ quum vitâ decessisset, cæteri è Thapso migraverunt. & Hyblone, rege Siculo, qui regionem prodiderat, duce, Megarenseis condiderunt, qui Hyblei sunt dicti. Post CCXLV annos, quàm eum locum inhabitare cœperunt, à Gelone, Syracusanorum rege, urbe & agro pulsi sunt. Sed antequàm pellerentur, centum postquàm illic habitare cœpissent annis, misso Pammilo, Selinuntem condiderunt. Is à Megaris, metropoli eorum, superveniens, unà cum ipsis habitavit. Gelam verò Antiphemus è Rhodo & Entimus è Cretâ, suam uterque coloniam ducentes, simul condiderunt, anno XLV post Syracusas conditas; imposito à flumine Gelâ urbi vocabulo: quum locus, ubi nunc urbs sita est, quique primus fuit communitus, Lindii vocaretur. Leges autem Doricæ impositæ iis fuêre. Anno propè centesimo octavo à suæ urbis primordio, Acragantem condiderunt Geloi. Zancle ab initio à prædonibus Cumæis, quæ urbs Chalcidica est in Opicis, inhabitata est. postmodùm verò Chalcidenses pariter & alii Eubœi eò profecti, eam regionem incoluerunt. Hos posteà Samii & alii nonnulli Iones, Medos fugientes in Siciliam profecti, ejecerunt. Samios haud ita multo post Anaxilaus, Rheginorum tyrannus, ejecit: urbemque promiscuis hominibus frequentatam, à suâ quondam patriâ Messanam adpellavit. Himeram porrò Zanclæi condiderunt, ducibus Euclide, Simo, & Sacone. in quam coloniam venerunt plurimi Chalcidensium. cohabitaveruntque iis Syracusanorum exsules, à contrariâ factione pulsi, qui Myletidæ vocantur. Atque apud hos lingua quidem inter Chalcidicam & Doricam media, cæterùm leges Chalcidicæ obtinuerunt. Acras & Casmenas Syracusani condiderunt: Acras quidem LXX annis post Syracusas; Casmenas verò annis circiter XX post Acras. Iidem Syracusani & Camarinam condiderunt, CXXXV fermè annis post Syracusas conditas. Atque hæ ferè sunt gentes, cùm barbaræ tùm Græcæ, quæ Siciliam incoluêre. Hactenus Thucydides. cuius narrationis compendium refert Pausanias in Eliacis. Σικελίαν δ', inquit, ἔθνη τοιάδε οἰκεῖ· Σικανοί τε καὶ Σικελοὶ καὶ Φρύγες· οἱ μὲν ἐξ Ἰταλίας διαβεβηκότες ἐς αὐτὴν, Φρύγες δὲ ἀπὸ Σκαμανδρου ποταμοῦ καὶ χώρας τῆς Τροάδος. Οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο ἐς τὴν νῆσον κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσί. Τοσαῦτα μὲν ἐν Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα. Ἑλλήνων δὲ Δωριεῖς τε ἔχουσιν αὐτὴν, καὶ Ἴωνες, καὶ ἐπὶ Φωκικῇ καὶ ἐπὶ Ἀττικῇ φύσει ἑκατέρᾳ μοῖρα ἐστὶν ἐπιμιξία. Id est: *Siciliam hæ gentes incolunt: Sicani, Siculi, Phryges: illi ex Italiâ, Phryges à Scamandro flumine ac Troade profecti. At Phœnices atque Libyes communi classe in eam venerunt; Carthaginiensiumque sunt coloni. Atque hi quidem in Siciliâ barbari sunt populi. cæterùm è Græcis Doriensis eamdem incolunt & Iones; tum Phocici atque Attici generis portiones haud perinde magnæ.* Eiusdem narrationis quasi indicem Scylax in compendiario illo interni maris circuitu refert: Ἐν δὲ Σικελίᾳ, inquit, ἔθνη βάρβαρα τάδε ἐστίν· Ἔλυμοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, Φοίνικες, Τρῶες. ἅτοι μὲν βάρβαροι· οἰκοῦσι δὲ καὶ Ἕλληνες. Id est: *In Siciliâ gentes barbaræ sunt istæ: Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Troiani. Atque hi quidem sunt barbari. præter eos verò etiam Græci eam incolunt.* Malè vulgò legitur ἑδωνοί. Cæterùm à Thucydide in nonnullis discrepant alii auctores. *Siculos* barbaros Latium primò incoluisse & portio-

portionem quamdam Etruriæ maritimæ, belloque à Pelasgis simul & Aborigini-
bus fuisse impetitos, suprà suo loco è Dionysio Halicarnassensi demonstratum est:
Idem igitur auctor, lib. I. ita tradit: Οἱ δὲ Σικελοὶ (οὐ γὰρ ἔτι αὐτέχειν οἷοί τε ἦσαν) ὑπό τε
Πελασγῶν καὶ Ἀβοριγίνων πολεμούμενοι, τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ χρημάτων ὅσα χρυσὸς ἢ ἄργυρος λῷ,
ἀναστρωσάμενοι, μεθίεντο αὐτοῖς ἁπάσης τῆς γῆς. τραπόμενοι δὲ διὰ τῆς ὀρεινῆς ὅλης τὰ νότια, καὶ διε-
λθόντες ἅπασαν Ἰταλίαν τὴν κάτω, ἐπειδὴ παντάχοθεν ἀπηλαύνοντο, σὺν χρόνῳ καταστρωσάμενοι
χρείας ὅλης τῷ πορθμῷ, καὶ φυλάξαντες κατόντα τὸν ῥοῦν, ὑπὸ τῆς Ἰταλίας διέβησαν ὅλης τὴν ἔγγι-
στα νῆσον. κατεῖχον δ' αὐτὴν Σικανοὶ, γένος Ἰβηρικόν, οὐ πολλῷ πρότερον συνοικισάμενοι, Λίγυας
φεύγοντες· καὶ παρεσκεύασαν ἀφ' ἑαυτῶν Σικανίαν κληθῆναι τὴν νῆσον, Τριναχρίαν πρῶτον ὀνομα-
ζομένην, ἀπὸ τριγώνου σχήματος. ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ ἐν μεγάλῃ αὐτῇ οἰκήτορες, ἀλλ' ἡ πλείων τῆς 10
χώρας ἔτι λῷ ἔρημος. καταχθέντες δὲ εἰς αὐτὴν Σικελοὶ, τὸ μὲν πρῶτον ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν
ᾤκησαν· ἔπειτα καὶ ἄλλῃ πολλαχῇ· καὶ τέκνομα ἡ νῆσος ὅλη τέτων ἤρξατο Σικελία καλεῖσθαι. τὸ
μὲν σύν Σικελικὸν γένος ἄτως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν· ὡς μὲν Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιός φησι, τρίτῃ γενεᾷ
πρότερον τῶν Τρωϊκῶν. δύο γὰρ ποιεῖ στόλους Ἰταλικοὺς διαβαίνοντας εἰς Σικελίαν· τὸν μὲν πρότερον
Ἐλύμων· οὓς φησιν ὑπὸ Οἰνωτρῶν ἐξανασταθῆναι· τὸν δὲ μετὰ τέτων ἔτει πέμπτῳ γενόμενον, Αὐσόνων,
Ἰάπυγας φυγόντων. βασιλέα δὲ τέτων ἀποφαίνει Σικελόν· ἀφ' οὗ τὸ τένομα τῆς τε αὐθρώπης καὶ τῆ
νήσῳ τεθῆναι· ὡς δὲ Φίλιστος ὁ Συρακόσιος ἔγραψε, χρόνος μὲν τῆς διαβάσεως λῷ ἔτος ὀγδοη-
κοστὸν πρὸ τῆς Τρωϊκῆς πολέμου· ἔθνος δὲ τὸ διακομισθὲν ἐξ Ἰταλίας ὅτε Σικελῶν, οὔτ' Αὐσόνων οὔτ'
Ἐλύμων, ἀλλὰ Λιγύων, ἄγοντος αὐτὸς Σικελός. τέτον δ' εἶναί φησιν υἱὸν Ἰταλῆ, καὶ τὸς αὐθρώπος,
ὅλης τέτε δυνασεύοντος, ὀνομασθῆναι Σικελός. ἐξανασταθῆναι δὲ ἐκ τῆς ἑαυτῶν τὸς Λιγύας ὑπό τε 20
Ὀμβρικῶν καὶ Πελασγῶν. Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος χρόνον μὲν οὐ δηλοῖ τῆς διαβάσεως, Σικε-
λὸς δὲ τὸς μεταναστάντας ἀποφαίνει, βιασθέντας ὑπό τε Οἰνωτρῶν καὶ Ὀπικῶν στρατῶν, ἡγεμόνα τῆς
ἀποικίας πεποιημένος . . . . . Θεκυδίδης δὲ Σικελὸς μὲν γράφει τὸς ἀπανασταντας· Ὀπι-
κὸς δὲ τὸς ἐκβαλόντας· τὸν δ' χρόνον πολλοῖς ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. Τὰ μὲν δὴ περὶ Σικελῶν λε-
γόμενα, τῶν ἐξ Ἰταλίας μετενεγκαμένων τὴν οἴκησιν εἰς Σικελίαν, ὑπὸ τῆς λόγου ἀξίων, τοιάδε ἐστίν·
Hoc est: *At Siculi, Pelasgis simul & Aboriginibus bello impares, liberis ac conjugibus cum
auro & argento sublatis, totam regionem eis cesserunt. versique per montana ad meridiem, &
peragratâ omni inferiore Italiâ, quum undique pellerentur, tandem paratis ad fretum ratibus,
& observato secundo æstu, ex Italiâ trajecerunt in proximam insulam. Sicani tum eam tene-
bant, gens Hispanica; qui pulsi ab Liguribus, paullo antè ibi sedeis posuerant; Sicaniamque de 30
suo nomine vocaverant, quæ priùs Trinacria dicebatur, à figurâ triangulâ. Horum numerus
haud magnus erat pro insulæ amplitudine; plerisq. agris sine cultu jacentibus. Huc igitur de-
vecti Siculi, primùm parteis ad occidentem versas coluêre: deinde & plerasque alias. mutato-
que nomine insula vocari cœpit Sicilia. Atque ita Siculum genus reliquit Italiam; ut Hella-
nicus Lesbius auctor est, ante bellum Troianum ætate tertiâ. duas quidpe tradit migrationes in
Siciliam ex Italiâ: priorem Elymorum; quos ait sedibus suis ejectos ab Oenotris: alteram anno
post quinto, Ausonum, Iapygas fugientium. horum regem dicit Siculum: à quo nomen sit inditum
genti simul & insulæ. At Philistus Syracusanus scribit, trajecisse illos anno LXXX ante bellum
Troianum: gentem verò transvectam ex Italiâ nec Siculos, nec Ausonas fuisse, nec Elymos; ve-
rùm Ligures, duce Siculo. hunc, Itali filium, imposuisse nomen suum subditis. Ligures autem è 40
suis agris pulsos esse Pelasgorum & Vmbrorum vi. Antiochus Syracusanus, quando migratum sit,
non indicat. tantùm dicit, Siculos fuisse eos, qui migrarunt, vi exactos ab Oenotrorum Opico-
rumq. copiis; ducemq. sibi constituisse* [interiit nomen.] *Thucydides eos, qui migrarunt, vocat
Siculos; qui expulerunt, Opicos. sed multis annis post Troianum bellum. Hæc sunt, quæ præci-
pui scriptores de Siculorum ex Italiâ in Siciliam migratione tradiderunt.* Hellanici verbo-
rum partem citat Constantinus imperator, de Thematibus imperii orientalis lib.
II, in themate Siciliæ. Ἔοχε δὲ τὴν ἱστορίαν, [scribe αἰτίαν] τῆς καλεῖσθαι Σικελίαν ἀπὸ ἱστορίας
τοιαύτης, καθὼς ὁ γραμματικὸς Στέφανος γράφει· Σικελία ἡ νῆσος Σικανία πρότερον ὠνομάζετο·
εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὡς φησιν Ἑλλανικὸς, ἱερεῶν τῆς Ἥρας β· Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ Αὐσονες ὑπὸ
τῶν Ἰαπύγων ἐξ Ἰταλίας ἐνέστησαν, ὧν ἦρχε Σικελός· καὶ διαβάντες εἰς τὴν νῆσον τήν τε [scribe τὴν
τότε] Σικανίαν καλουμένην, περὶ τὴν Αἴτναν καθιζόμενοι, ᾤκεν αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Σικε- 50
λὸς, βασιλεύων ἐγκαταστησάμενος· ἐν ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ Σικελὸς ἔτος . . . . * . . .
πάσης ἤδη τῆς νήσου τότε ταύτης Σικελίας καλουμένης ἀπὸ τῆς Σικελῆ τέτου, ὃς καὶ ἐν αὐτῇ ἐβασίλευσεν.
Hoc est: *Nomen autem Siciliæ ortum est ab huiusmodi historiâ, ut Stephanus grammaticus
scribit: Sicilia insula Sicania priùs nominabatur. deinde Sicilia adpellata est; ut Hellanicus tra-
dit in lib. II de Sacerdotibus Iunonis: Eodem tempore etiam Ausones ab Iapygibus ex Italiâ de-
trusi sunt; quibus præerat Siculus. Hi transgressi in insulam, quæ tunc Sicania dicebatur, sedi-
bus cir-*

bus circa Aetnam positis, eam incoluerunt unà cum Siculo rege suo, regnum illic stabiliente. Atq. hinc profectus Siculus, [desunt pauca quædam] *quæ tum ab hoc Siculo vocata est Sicilia; quidpe qui & regnum in eâ obtinuit.* Hæc Constantinus è Stephano. quibus addit continuò ista: Καὶ Μένιππος ἡ πῶπά φησιν· Ἐλθόντες εἰς Σικελίαν στρατὸς πολὺς ἐξ Ἰταλίας, τούς τε Σικανοὺς κρατήσαντες μάχῃ, ἀπέστελλαν εἰς τὰ μεσημβρινὰ καὶ τὰ ἑσπέρια μέρη αὐτῆς, καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐπόησαν καλεῖσθαι. Id est: *Menippus verò hæc tradit: Profecti in Siciliam cum ingenti exercitu ex Italiâ, Sicanis prælio superatis, ad meridionales & occidentales eius parteis eos delegarunt; & ut pro Sicaniâ vocaretur insula Sicilia, effecerunt.* Dionysius dicto libro infrà; de Aeneæ erroribus: Γενόμενοι δὴ κατὰ Σικελίαν, καταγόντων τὴν νῆσον τοῖς τὰ καλούμενα Δρέπανα· ἔνθα
10 τοιτυγχάνουσι τοῖς ζοῦ Ἐλύμου καὶ Αἰγέστου τοῦ ἐκ τῆς Τροίας. οἱ ᾤκουν τοῖς ποταμὸν λεγόμενον Κρεμισὸν, ἐν γῇ Σικανῶν, τοῦς φιλίαν λαβόντες παρ' αὐτῶν τὸ χωρίον, διὰ τὸν Αἰγέστου συγγένειαν, γνωριμόν τε καὶ τραφέντος ἐν Σικελίᾳ. * . * . Τὸ μὲν δὴ σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ Τρωϊκὸν ἐν τούτοις κατέμειν τοῖς χωρίοις, καὶ διετέλεσαν Ἐλύμοι καλούμενοι. τοιόθεν γὰρ καὶ τὴν ἀξίωσιν Ἐλυμος, ὅτι τὸ βασιλικὸν γένος ὤν. ἀφ' οὗ τὴν κλῆσιν οἱ σύμπαντες ἔλαβον. Id est: *Vt ventum est ad Siciliam, adpulerunt ad eam insulæ partem, ubi sunt Drepana. Heic fortefortunà incidunt in Elymi & Aegesti socios: qui, priores à Troiâ profecti, habitabant circa Crimisum flumen; à Sicanis in partem agrorum admissi, propter Aegesti cognationem & amicitiam: qui in eâ insulâ natus educatusq. fuerat.* Pòst paullo: *Hæ igitur fuerunt sedes Troianorum, qui cum Aegesto atq. Elymo profugerunt. appellatique sunt in universum Elymi, quòd huius ob regium genus maior esset*
20 *dignitas.* Diodorus lib. V: Ἡ δὲ Σικελία τὸ παλαιὸν ἀπὸ μὲν τοῦ σχήματος Τριακρία κληθεῖσα, ἀπὸ δὲ τῶν κατοικούντων αὐτὴν Σικανῶν Σικανία προσαγορευθεῖσα, πλουσιωτάτη δὲ ἀπὸ τῶν Σικελῶν, τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας πανδημεὶ περαιωθέντων ὠνόμασται Σικελία. τοῖς δὲ τῶν κατοικησάντων ἐν αὐτῇ πρώτων Σικανῶν, ἐπειδή τινες τῶν συγγραφέων διαφωνοῦσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι συντόμως εἰπεῖν. Φίλισος μὲν γὰρ φησὶν, ἐξ Ἰβηρίας αὐτὸς ἀποικισθέντας κατοικῆσαι τὴν νῆσον, ἀπὸ τινος Σικανοῦ ποταμοῦ, καθ' Ἰβηρίαν ὄντος, πιστωσάμενος τοῦτο τῆς προσηγορίας. Τίμαιος δὲ τὴν ἄγνοιαν τούτου συγγραφέως ἐλέγχας, ἀκριβῶς ἀποφαίνει τούτους αὐτόχθονας εἶναι. πολλὰς δὴ αὐτοῦ φέρων ἀποδείξεις τοῦ τούτων ἀρχαιότητος, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα περὶ τούτων διεξιέναι. οἱ δ' οὖν Σικανοὶ τὸ παλαιὸν κωμηδὸν ᾤκουν, ὑπὸ τῶν ὀχυρωτάτων λόφων τὰς πόλεις κατασκευάζοντες διὰ τοὺς λῃστάς. ἐπὶ γὰρ ἦσαν ὑπὸ μίαν ἡγεμονίαν βασιλέως παραγενόμενοι, καὶ πόλιν δὲ ἑκάστῳ εἰς ἰδίαν ὁ δυνασεύων. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀπα-
30 σαν τὴν νῆσον κατῴκουν, καὶ τὴν χώραν ἐργαζόμενοι τὰς τροφὰς εἶχον· ὕστερον δὲ τῆς Αἴτνης ἐν πλείοσι τόποις ἀναφυσήματα πυρὸς ἀνιείσης, καὶ πολλὰ καὶ τὴν χώραν ῥυείσης πυρὸς, ζωγρεῖν διαφθαρείσας τὴν γῆν ὅλην πλὴν τόπον. ἐπ' ἔτη δὲ πλείω δὲ πυρὸς ὑπνεμομένου πολλὴν χώραν, φοβηθέντες, τὰ μὲν πρὸς ἕω κεκλιμένα τῆς Σικελίας, ἐξέλιπον, εἰς δὲ τὰ πρὸς δυσμὰς νεύοντα μετῴκησαν. τὸ δὴ πλουσιώτατον, πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον ἐκ τῆς Ἰταλίας τὸ τῶν Σικελῶν ἔθνος πανδημεὶ περαιωθὲν εἰς τὴν Σικελίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Σικανῶν ἐκλειφθεῖσαν χώραν κατῴκησαν. ἀεὶ δὴ τῇ πλεονεξίᾳ προβαινόντων τῶν Σικελῶν, ἐπὶ τὴν ὅμορον πορευόντων, ἐγίνοντο πόλεμοι πολυετεῖς αὐτοῖς πρὸς τοὺς Σικανοὺς, ἕως ζωγρήσαντες πολλοὺς συμφώνους, ὅρους ἔθεντο τῆς χώρας. ὕστερον δ' ἀποικίαν τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο καὶ τὴν Σικελίαν ἀξιόλογοι, καὶ πόλεις τοῖς θαλάσσαν ἐκτίσθησαν. ἀναμιγνύμενοι δὲ ἀλλήλοις, καὶ διὰ πλῆθος τῶν καταπλεόντων Ἑλλήνων, τήν τε διάλεκτον αὐτῶν ἔμαθον, καὶ τοῖς ἀγωγαῖς συντραφέντες,
40 τὸ τελευταῖον τὴν βάρβαρον διάλεκτον ἅμα καὶ τὴν προσηγορίαν ἠλλάξαντο, Σικελιῶται προσηγορευθέντες. Id est: *Sicilia antiquitus à figurâ Trinacria dicta est: posteà à Sicanis cultoribus Sicania: & tandem à Siculis, quorum universa gens ex Italiâ in eam trajecit, Sicilia. De Sicanis, primis Siciliæ incolis, quum scriptores nonnulli sententiis varient; ut breviter aliquid disseramus, necessum est. Philistus quidem ex Hispaniâ per coloniæ deductionem translatos in possessionem terræ venisse, adfirmat; à Sicano quodam Hispaniæ flumine id nominis sortitos. At Timæus, ignorantiam istius scriptoris redarguens, indigenas esse, liquidè probéque ostendit. qui quia multas ad demonstrandam eorum antiquitatem rationes adfert, haud necessarium arbitramur easdem heic recensere. Cæterùm Sicani olim vicatim habitabant, urbeis in collibus, ut quisque naturâ munitissimus erat, sibi propter latronum incursus exstruentes. non enim sub unius*
50 *regis imperium redacti erant; sed unumquodq. opidum suum habebat principem. Ac primitus equidem universam incolebant insulam, & ex terræ cultu victum sibi comparabant. posteà verò quàm pluribus in locis Aetna flammas exhalare cœpit; multumq. ignis in vicinam regionem effunderetur: tellus ad tractum haud modicum vastabatur. quumq. ad complureis annos per regionem incendium grassaretur; incolæ, subacti metu, desertis orientalibus insulæ partibus, in occidentaleis transmigrarunt. Post multas denique ætates Siculorum gens, ex Italiâ cum familiis universis in Siciliam transgressa, relictum à Sicanis agrum occupavit. Qui, dum, cupiditate plus adquirendi subinde ad ulteriora grassantes, finitimorum agros populantur, bella sæpenumerò cum Sicanis gerunt.*

donec mutuo fœderum consensu certos agrorum fineis statuêre. Vltimas hinc in Siciliam colonias miserunt Græci illustreis. à quibus urbes ad mare conditæ sunt. Per commercia verò horum Græcorum, & qui frequentes eò navigabant, factum est, uti & linguam eorum discerent illi, & eumdem vitæ morem adepti, tandem barbaram etiam loquelam simul & nomen ipsum mutarent; Siculi dehinc adpellati. Strabo, lib. VI; de Syracusarum ortu & incremento potentiâque loquens: Ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, οἵνες δ' ἐκ τῆ περαίας ἐπήεσαν. ἐδένα ἢ τῆς Γαλλίας εἴων οἱ Ἕλλωνες ἅπτεσθαι· τὰ δὲ μεσογαίας ἀπείργεν παντάπασιν σὺν ἰσχύϊ· ἀλλὰ διεπέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι οἵνες νεμόρθροι τῶν νήσων· ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες· ὅσπερ πρῶτον φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκισάς. καὶ τῶν Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ἀπὸ τῶν Μοργήτων ὠκίσθαι. ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι, καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες, καὶ τοὺς Ἕλλωνας. Hoc est: *Quidpe ex barbaris alii tunc erant incolæ, alii ex oppositâ terrâ invadebant. & Græci non sinebant quemquam oram maritimam attingere: nec tamen ipsi è mediterraneis illos ejicere valebant. manebantq; ad ea tempora, Siculi, Sicani, Morgetes, & alii nonnulli, qui insulam incolebant. in quibus fuêre & Hispani: quos Ephorus ait primos tradi de barbaris insulam inhabitasse. ac Morgantium à Morgetibus conditum esse, probabile est. At postquàm Carthaginienses supervênere; nullum neque barbaros neq; Græcos infestandi finem fecerunt.* Haud dubiè Ephorus, aut à quibus id habuit ille, ipsos intellexerunt cum aliis auctoribus *Sicanos*; qui, ex Hispaniâ profecti, primi post Cyclopas atq; Læstrygonas insulæ huius incolæ dicuntur. Cæterùm Solinus cap. XI: *Sicaniæ*, inquit, *diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit; advectus cum amplissimâ Iberorum manu. Post Siculum, Neptuni filium, in hanc plurimi Corinthiorum, Argivorum, Iliensium, Doriensium, Cretensium, confluxerunt.* Deesse nonnulla videntur de Siculorum nominis commutatione. Martianus Capella, lib. VI: *Hinc Sicilia memoranda; quæ à Thucydide Sicania, à multis Trinacria perhibetur. Sicania, à Sicano rege; qui cum Ibericâ manu in eamdem terram ante bella Troiana pervênit. dehinc Siculus, Neptuni filius: à quo nomen eidem commutatum.* Isidorus, lib. XIIII, cap. VI: *Sicilia à Sicano rege Sicania cognominata est. deinde à Siculo, Itali fratre, Sicilia.* Scholia in Idyllium I Theocriti: Δημήτριος ὁ Καλαθιανός φησι τοῦ Βριάρεω, ἑνὸς τῶν Κυκλώπων, παῖδας ἡνέσθαι Σικανὸν καὶ Αἴτνιν, ἀφ' ἧς τὸ ὄνομα [τῷ ὄρει·] Id est; *Demetrius Calatianus tradit, Briarei, unius ex Cyclopibus, liberos fuisse Sicanum atq; Aetnam; à qua nomen [monti.]*

Sic scilicet prædicti auctores circa originem conditoresque nominum ac gentium *Sicaniæ Siciliæq;* variant. Thucydides, antiquus in primis scriptor, ut qui CCCC ampliùs ante Iesum natum annis scripsit, & post hunc Philistus, ipse Siculus, horumque haud dubiè sententiam sequutus Latinus poëta Silius, SICANOS ab Iberiæ sive Hispaniæ amne dictos profectosque, tradunt. cum quibus sensisse videtur & Ephorus. & apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Δηρὰ, χώρα Ἰβηρίας, ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός· οἱ οἰκήτορες, Δηραῖοι. id est; *Dera, regio Hispaniæ; cuius amnis Sicanus. incolæ, Derenses.* Et posteà: Σικάνη, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Σικάνιος. hoc est; *Sicane, opidum Hispaniæ; auctore Hecataeo, in Europâ. gentilitium, Sicanius.* At horum neutrum, neq; regionis neque opidi, vocabulum in Hispaniâ apud alium quempiam auctorem reperias. Quod illud tamen fuerit flumen, satis apertè ostendit Silius, hisce versibus:

SICANI, *Siciliæ incolæ; à quibus ipsa insula* SICANIA *dicta.*

Pyrene misit populos; qui nomen, ab amne
Adscitum patrio; terræ imposuêre vacanti.

Hinc Servius, ad Virgilii Aeneid. lib. VIII; *Sicani*; inquit, *secundùm nonnullos, populi sunt Hispaniæ, à fluviò Sicori dicti.* Hic fluvius à Pyrenæo monte in Iberum amnem defluit. At è diverso certos suos haud dubiè habuerunt auctores, Solinus, Martianus, atque Isidorus; ex quorum sententiâ non à flumine, sed *à rege*, coloniæ duce & auctore, Sicanorum gentem denominatam tradiderunt. Ibericam sive Hispanicam eis fuisse originem, etiam Dionysius adserit, haud dubiè è Thucydidis opinione; quia à Liguribus quoque pulsos adfirmat. Verùm Ligures umquàm Hispaniæ parteis tenuisse, nusquàm aliàs traditum memini. eóque suspicor, *Iberiam* heic antiquissimis Græcorum scriptoribus, è quibus id hausit Thucydides, intellectam fuisse latè illam sumtam; sub qua etiam Gallia veniebat: ut Germaniæ lib. I, cap. II, docui. in Galliâ autem inter Rhodanum & Alpeis jam antiquissimis temporibus incoluit pars Ligurum; ut in introitu Italiæ antiquæ ostensum est. At si Hispanorum fuêre colonia *Sicani*, sive ab amne sive ab rege aliquo sic dicti; quæritur, utrum mari, an verò terrâ migrationem istam ex Hispaniâ in Siciliam fecerint? Navibus

non

non advenisse, patebit ex eo, quòd neque Hispani in Hispaniâ, neque Sicani in Siciliâ, rei nauticæ operam dederunt, antequàm Græci in has regiones colonias suas deduxerunt. Terrestri itinere ad fretum usque eos pervenisse, ipse voluit Thucydides, dum inquit, διέβησαν ἐς Σικελίαν, ὡς λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν, τηρήσαντες τὸν πορθμὸν, καλόντος τοῦ ἀνέμου· id est; *trajecerunt in Siciliam, ut fertur, navigiis extemporaneis sive ratibus, observato, quum ventus posuisset, freto.* At terrâ quî potuêre, longinquo illo totius Galliæ Italiæque tractu, per genteis validissimas, *Ligures, Tyrrhenos, Vmbros, Siculos, Ausonas, Opicos, Oenotros*, in Siciliam usque penetrare? nam hos populos ante bellum Troianum tenuisse Italiam, in descriptione huius regionis ostensum est. Potior itaque
10 fortè fuerit Timæi, Siculi itidem scriptoris, sententia; qui contra ἀγνοιαν sive *ignorantiam* Philisti ἀκριβῶς καὶ πολλοῖς ἐπιδείξειν, id est, *liquidò, exactè, probéque, & multis documentis* ostendit, indigenas fuisse primosque Siciliæ incolas *Sicanos*. quod & ipsos jam ante Thucydidem prædicasse Sicanos, ipsemet loco præscripto testis est Thucydides. Addit Diodorus, eodem libro anteà; τὰς δὲ κατοικήσεις αὐτῶν τὸ παλαιὸν Σικανὸς αὐτόχθονας εἶναι, φασὶν οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων. id est; *Sicanos, vetustissimos insulæ cultores, indigenas esse, scriptorum tradunt probatissimi.* Quapropter vereor, ne illa Thucydidis ἀλήθεια ex similitudine vocabulorum *Sicoris* & *Sicanorum* sive ab ipso sive ab alio quopiam ante eum scriptore, vanè fabulosèque, pro ingenio ac more gentis, quæsita sit. Attamen, quia de Cyclopibus jam antè probatum, primos hos fuisse in-
20 sulæ cultores; post hos tandem tenuisse eam Sicanos, certum est. Ex Cyclopum eos genere prognatos voluit antiquus cum primis scriptor Demetrius Galatianus. quasi vasta illa priscorum Cyclopum proceritas in iis defecerit. Aliunde, post *exstinctos Cyclopas*, in *vacantem terram* novos immigrasse colonos si credas; proximos conterminosque è continenti eam occupasse populos, certum est. nam agros insulæ tam feraces neglexisse conterminas Italiæ genteis, donec ex Hispaniâ tandem novi venerint coloni, minimè credibile est. At illud si statuatur; multis ante Troianum bellum sæculis eam migrationem factam, necessum est. quidpe Ausones ista Italiæ loca, Siciliæ contermina, incoluerunt, donec circa annum ante bellum Troianum cccxxx (ut ex Dionysio docui in Italiæ descriptione) eos expulerunt Oenotri.
30 qui perpetuò eadem tenuerunt etiam post Troiam captam. Apud Virgilium equidem, Aeneid. lib. VIII leguntur ista:

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iovis fugiens, & regnis exsul ademtis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit; legesque dedit: Latiumq; vocari
Maluit; his quoniam latuisset tutus in oris.
Tunc manus Ausoniæ & gentes venêre Sicanæ:
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperq; immani corpore Tibris:
40 *A quo post Itali fluvium cognomine Tibrim*
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

Ad quæ ita commentatur Servius: *Sicani, secundùm nonnullos, populi sunt Hispaniæ, à fluvio Sicori dicti. Hi, duce Siculo, venerunt ad Italiam; & eam tenuerunt, exclusis Aboriginibus. mox ipsi pulsi ab illis, quos antè pepulerant, insulam vicinam Italiæ occuparunt; & eam Sicaniam à gentis nomine, Siciliam verò à ducis nomine dixerunt. quamquàm Thucydides dicat, de Siciliâ Italum regem venisse, & ab eo esse Italiam adpellatam.* Atqui Thucydides, loco suprà scripto, verbis quàm disertissimis tradit, Siculos ex Italiâ primùm in Siciliam venisse. quamquàm dicat etiam tum suâ ætate in eâ regione, quæ ab Italo vocabatur Italia, Siculorum nonnullos agere. Malè itaque atque improbè
50 contra omnium reliquorum scriptorum sententiam tota ista de Sicanorum Siculorumque nominibus compilata est historia grammatico Servio. Ipse poëta poëticâ heic usus est licentiâ, *Sicanorum* nomen usurpans pro vocabulo *Siculorum*; qui ante Aborigines Latium incoluêre. Sic & præcedenti libro, qui est VII:

Insequitur nimbus peditum; clypeatq; totis
Agmina densantur campis, Argivaque pubes,
Auruncaq; manus, Rutuli, veteresque Sicani.

Quamquàm ne Siculi quidem Aeneæ temporibus ampliùs Italiam incoluerunt, ususque hac etiam in re poëticâ licentiâ Virgilius; quâ res præteritæ pariter atque futuræ pro præsentibus ponuntur. Apud Plinium, lib. III, cap. V, quòd in Latio legantur *Sicani*; vocabulum id est opidanorum, à nescio quo opido derivatum: nisi mendum in eo lateat. Sed de *Sicanorum* origine primâque sede, quia res planè incerta est, in prolixum trahere disputationem piget. sufficiat, ex hactenus dictis vetustissimos atque primos post Cyclopum genus insulæ cultores eos cognovisse. Homerus quòd post Troianum etiam bellum Cyclopas in Siciliâ & Vlyssis cum iis congressum recensuit, poëtarum id fecit prædicto more, præterita ceu præsentia fingens. 10

SICVLI *ex Italiâ in Siciliam profecti: à quibus insulæ nomen* SICILIA.

At de *Sicanis* postquàm satis dictum, de SICVLIS nunc dicendum est. Hos *Ausones* fecit, testibus Dionysio ac Stephano, Hellanicus; duce *Siculo* ex Iapygiâ, Italiæ regione, in Sicaniam insulam transgressos. Huic adsensisse videtur Plato; in epistolâ ad Dionis propinquos atque amicos ita scribens: Ἥξει δὲ, ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνηταί τι καὶ ἀποβλῶν, θρεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἰς ἕνα δυναστείαν καὶ κράτος. Id est; *Quantum ex infelicibus præsagiis fas est portendere, universa Sicilia in Græcæ linguæ oblivionem lapsura videtur; ad Phœnicum vel Opicorum devoluta potestatem dominationemque.* Vbi treis suâ ætate in insulâ ponit genteis; *Græcos, Phœnicas*, sive *Pœnos*, & *Opicos*: quorum vocabulo sine controversiâ intellexit *Siculos*; quando hos nullos nominat. Id autem haud dubiè eâ ratione ei factum, quòd, unà cum Hellanico, *Siculos* existimavit origine *Ausonas*; hos verò, unà cum Aristotele in Πολιτικῶν lib. VII, atque Antiocho apud Strabonem lib. VI, eosdem quos *Opicos*; ut in Italiâ ostensum est. At è diverso Philistus apud Dionysium, loco suprà scripto, *Siculos* fecit *Ligures*; pulsos Italiâ à Pelasgis atque Vmbris; duceque *Siculo*, Itali filio, anno ante bellum Troianum LXXX in Siciliam transgressos. cuius opinionem etiam Silius poëta amplexus est. Alii adeò vetustam hanc insulæ fecêre adpellationem, uti originem eius *Neptuni* nescio cui *filio Siculo* adfinxerint. Eorum errorem sive ἄγνοιαν, qui Siculorum genti Ligusticam tribuerunt originem, parum probasse Dionysium, ex suprà scripto loco satis disertè patet. Idem auctor, eodem lib. I, ex Antiocho Syracusano, qui Thucydide fuit multo prior, de Siculorum genere ita tradit: Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακουσιος, συγγραφεὺς παλαιὸς, ἐν Ἰταλίας οἰκισμῷ τοὺς παλαιοτάτους οἰκήτορας διεξιὼν, ὡς ἕκαστοί τι μέρος αὐτῆς κατεῖχον, Οἰνώτρους λέγει πρώτους τῶν μνημονευομένων ἐν αὐτῇ κατοικῆσαι, εἰπὼν ὧδε· Ἀντίοχος Ξενοφάνους παῖς ταῦτα γραψε περὶ Ἰταλίας ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα· Τὴν γῆν ταύτην, ἣν νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἰνώτροι. ἔπειτα διεξελθὼν ὃν τρόπον ἐπολιτεύοντο, καὶ ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς Ἰταλὸς ἀνὰ χρόνον ἐγένετο, ἀφ' οὗ ὠνομάσθησαν Ἰταλοί· τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ' οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν· καὶ ὡς Σικελὸς ὑπεδεξανωθεὶς Μόργητι, ἰδίαν πρόπτων ἀρχὴν διέφησε τὸ ἔθνος· ὑπεφέρει πωλύ· Οὕτω δὲ Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο καὶ Ἰταλῆται, ἐόντες Οἰνώτροι. Id est: *Antiochus Syracusanus, perantiquus scriptor, in Italiæ colonis, vetustissimos eius incolas percensens, & quæ loca singulis occupata sint, ait, Oenotros primos omnium, quorum exstet memoria, terram eam habitasse. Verba ipsius hæc sunt: Antiochus Xenophanis filius, è vetustis monumentis hæc, quæ fide erant dignissima certissimaque, de Italiâ conscripsit: Terram hanc, quæ nunc Italia dicitur, olim tenuerunt Oenotri. Deinde commemoratis eorum moribus ac reipublicæ formâ, & quòd regnum tandem ad Italum devolutum sit; à quo, mutato nomine, dicti sint Itali: Morgetemque huic successisse; à quo Morgetes sint vocati: & quòd Siculus, à Morgete hospitio exceptus, proprium principatum in eâ gente constituerit: tandem hæc verba subjicit; Sic facti sunt Siculi, & Morgetes, & Itali; quum essent Oenotri.* Nempe *Italiam* heic Antiochum intellexisse eam, quæ ad Siculum pertinens fretum, inter Lametinum Scylleticumque tum comprehendebatur sinus, sæpiùs in Italiâ ostensum est. Hinc igitur etiam Plinius, lib. III, cap. V: *A Silaro regio tertia & ager Lucanus Brutiusque incipit: nec ibi rarâ incolarum mutatione. tenuerunt eam Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi; Græciæ maximè populi.* Addit, *maximè*; quia Siculi non Græci erant generis. Dionysius eodem libro infrà: Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακούσιος, ὃς καὶ πρεσβύτερος ἐμνήσθη, φησὶ, Μόργητος ἐν Ἰταλίᾳ βασιλεύοντος, (ὃν δὲ τινὲς Ἰταλίαν ἡ ὑπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας τῶν Ἡρακλέους) ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἄνδρα φυγάδα ἐκ Ῥώμης. λέγει δὲ ὧδε· Ἐπεὶ δὲ Ἰταλὸς καλεῖται, Μόργης ἐβασίλευεν. ὅθεν τούτου δὲ αὐτὸν ἀφίκετο ἐκ Ῥώμης φυγὰς Σικελὸς ὄνομα

10

20

30

40

50

ὄνομα αὐτῷ. Id est: *Antiochus Syracusanus, cuius jam anteà facta mentio, ait, Morgete in Italiâ regnante, (Italia autem tum erat eâ ora, quæ à Tarento Posidoniam usque protenditur) venisse ad eum quemdam Romanum exsulem. Verba eius hæc sunt: Postquàm Italus consenuit, Morges illius loco regnavit. Huius tempore Româ venit vir quidam profugus, nomine Siculus.* Sub initium verò eiusdem libri, τὴν ἡγεμόνα, inquit, γῆς καὶ θαλάσσης ἁπάσης πόλιν, ἣν νῦν κατοικοῦσι Ῥωμαῖοι, παλαιότατοι τῶν μνημονευομένων λέγονται κατεῖχον βάρβαροι Σικελοί, ἔθνος αὐθιγενές. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀβορίγινες αὐτὴν ἐπελαμβάνουσι, πολέμῳ μακρῷ τοὺς ἔχοντας ἀφελόμενοι. Hoc est: *Vrbem terræ marisq; totius principem, quam nunc Romani habitant, primi in omni memoriâ tenuisse feruntur barbari Siculi, gens indigena. Aliquanto post, pulsis longo*
10 *bello antiquis dominis, Aborigines eam occuparunt.* Idem posteà repetit, initio libri II. Non tantùm urbem *Romam*, sed etiam quod posteà dictum est *Priscum Latium*, simulq; proximæ Etruriæ magnam eos tenuisse partem maritimam, longo percenset sermone dicto lib. I. Tandem Aboriginum simul & Pelasgorum armis pulsos, inferiorem petiisse Italiam, atque inde in Siciliam transfretasse, ibidem enarrat. Huc jam congruit, quod Thucydides loco suprà scripto tradit, *Siculos ex Italiâ, fugientes Opicorum vim, in Siciliam trajecisse*: & prædictus Antiochus, præscripto loco apud Dionysium; *Siculos fuisse Italiâ exactos Oenotrorum Opicorumque copiis.* quidpe *Opici* tunc habitabant Campaniam ad Silarum usque amnem: hinc verò ad fretum usque Siculum *Oenotri*; qui & *Itali*, & *Morgetes* tum adpellabantur promiscuè.
20 A Morgete itaque, Oenotrorum rege, quum Siculorum sive dux sive rex unà cum gente suâ hospitio receptus esset, Oenotrorum quoque gentem suo imperio subjicere haud dubiè conatus est. quam rem indignè ferentes Oenotri, suis sedibus, priscæ illius Italiæ finibus, eos excedere compelerunt. Illi πανδημεὶ, ut ait Diodorus, id est, *universâ cum gente, seu universis cum familiis* in Siciliam trajecerunt. cui haud obscurè adsentitur Dionysius quoque, dicto lib. I, his verbis: τὸ μὲν οὖν Σικελικὸν γένος ἅτως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν. id est: *Atque ita Siculum genus reliquit Italiam.* Erravit itaque heic quoque Thucydides; qui loco suprà perscripto, (modò is mendo careat) suâ adhuc ætate Siculos quosdam Italiam incoluisse tradit. quod omnium aliorum scriptorum de his oris nequaquàm admittunt historiæ.
30 Transierunt autem in Siciliam Siculi τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, id est, *ante bellum Troianum ætate tertiâ*, ut ex Hellanico adnotavit loco suprà scripto Dionysius; id est, ut idem Dionysius in ætates singulas XXVII annos computat, anno LXXXI, sive, ἔτει ὀγδοηκοστῷ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πολέμου, hoc est, *anno* LXXX *ante Troianum bellum*; ut ibidem ex Philisto transscripsit Dionysius. id est, anno ante natum Iesum CIↃCCLXXII. à quo tempore ad hanc nostram ætatem, per annos CIↃCIↃIↃCCCXCI, ipsa insula vocitata est SICILIA. quamquàm rudiori Siculorum pariter atque Italorum vulgo adpelletur CICILIA. Thucydides heic jam iterum errasse deprehenditur; dum transisse Siculos tradit ἔτεσι ἐγγὺς τριακοσίοις πρὶν Ἕλληνας ἐς Σικελίαν ἐλθεῖν· id est; *annis propemodùm* CCC *antè, quàm Græci in Siciliam venerunt.* hi enim an-
40 nis CCCCXLVIII post Troiam captam eò pervenêre; ut mox ostendam. cui numero si CCC annos demas; CXLVIII annis post Troiam captam Siculi in insulam trajecisse, ex Thucydidis sententiâ inveniuntur.

SICVLI *quando ex Italiâ in Siciliam commigrarunt.*

Cum Hellanico atque Philisto sensisse videtur Diodorus. quidpe AEOLI *filios* statim post bellum Troianum Sicanis simul atque Siculis imperitasse, tradit dicto lib. V posteà. Ὁ δὲ Αἴολος, inquit, ἐστὶ παρ' ὃν μυθολογοῦσι τὸν Ὀδυσσέα κατὰ τὴν πλάνην ἀφικέσθαι. οὗτος δὲ αὐτὸς ἡγεῖσθαι τὸν ἀριθμὸν ἕξ· Ἀγύριον, καὶ Ξοῦθον, καὶ Ἀνδροκλέα, πρὸς δὲ τούτοις Φεραίμονα, Γοκάσιν, καὶ Ἀγάθυρνον. πάντας δὲ τούτους Δία τε τὸν τοῦ πατρὸς δόξαν, καὶ Δία τὰς ἀρετὰς μεγάλης ἀποδοχῆς τυχεῖν. τούτων δὲ Γοκάσης μὲν τῆς Ἰταλίας αὐτεχόμενος ἐβασίλευσε τῆς πολιτείας, μέχρι τῆς κατὰ τὸ Ῥήγιον τόπων. Φεραίμων δὲ καὶ Ἀνδροκλῆς ἐδωκάσασαν τῆς Σικελίας ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ μέχρι τῶν κατὰ τὸ Λιλύβαιον τόπων. ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν πρὸς ἕω κεκλιμένα μέρη κατῴκουν Σικελοί, τὰ δὲ πρὸς δύσεις Σικανοί. ταῦτα δὲ τὰ ἔθνη πρὸς ἄλληλα διεφέροντο· τοῖς δὲ Αἰόλοις πασι τοῖς περιοικοῦσι ἐκκοίσιος ὑπῆκουε, Δία τε τὸν τοῦ πατρὸς Αἰόλου Δία θεοποιοῦσι δόξαν, καὶ Δία τὸν αὐτῶν ὁμώνυμον ὑπεικέναι. ἐβασίλευσε δὲ καὶ Ξοῦθος τῆς τοῦ τοῦ Λεοντίνου χώρας· ἥτις ἀπ' ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν χρόνου Ξουθία προσαγορεύεται. Ἀγάθυρνος δὲ βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίδος χώρας, ἔκτισε πόλιν τὸν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον. Ἀγύριος δὲ τῆς Λιπάρας ἔσχε τὴν ἡγεμονίαν. Πάντες δὲ οὗτοι μιμησάμενοι τὸν τοῦ πατρὸς δόξαν τε καὶ δικαιοσύνην, μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς.

AEOLI *filii Siciliæ imperarunt.*

ὑπὲ πολλὰς δὲ γενεὰς τ̃ ἐγγόνων διαδεχομένων τὴν δυναστείαν, τὸ πλοῦτῶν οἱ ἀπ' Αἰόλυ γεγονότες βασιλεῖς κατὰ τὴν Σικελίαν διελύθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Σικελοὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνδρῶν τὰς ἡγεμονίας ἐνεχείριζον· οἱ δὲ Σικανοὶ τοῖ τῆς δυναστείας διαφερόμενοι, πρὸς ἀλλήλυς ἐπολέμυν ὑπὲ πολλὰς χρόνυς. Hoc est: *Aeolus iste est, ad quem in oberratione suâ Vlyssem pervenisse fabulantur. Filios autem eius fuisse sex numero: Astyochum, Xuthum, Androclem, Pheremonem, Iocasten, & Agathyrnum. qui omnes ob patris virtutes atque gloriam magnos hominum favores sunt adepti. Iocastes maritimas Italiæ oras ad Rhegium usque suæ ditionis fecit. Pheremon & Androcles Siciliæ regiones à freto ad Lilybæum usque obtinebant. Huius alioquin insulæ terras ad ortum Solis spectanteis Siculi, ad occasum Sicani incolebant. inter quos populos ingens hactenus dissensio erat. at Aeoli filiis ultro, ob celebrem parentis in deos pietatem & ipsorum modestiam, parebant. Xuthus porrò Leontinorum terram, Xuthiam ab eo dictam, rexit. & Agathyrnus eius agri, qui nunc Agathyrnensis vocatur, rex exsistens, opidum de suo nomine Agathyrnum condidit. Astyochus Liparæ dominium obtinuit. Omnes itaque, pietatem genitoris imitati, magnam sibi laudem comparavêre. quumque ad multas ætates per successionem Aeoli progenies principatum gessisset, tandem, ad regium dominatum evecta, in Siciliâ defecit. Post hos Siculi ad optimum quemque imperium detulerunt. Sicani verò de summârerum disceptantes, ad longum tempus civile inter se bellum gesserunt.* At Eustathius, Dionysii περιηγητῆ commentator, Iocastem non Italiæ partem, sed ipsam insulam tenuisse, nescio ex quibus veterum monumentis tradit. Ἡ Σικελία, inquit, χερρόνησος ποτὲ λῶ συνεχὴς κατὰ ἰσθμὸν τῇ τῶν Αὐσόνων γῇ. Σεισμῷ δὲ ἵνος, ὡς εἰκὸς, ἐξαισίῳ συμπεσόνος, καὶ ὁ ἰσθμὸ διαρρόντος, εἰσπεσεῖν φασι τὴν περίθμιον θάλασσαν, καὶ μεσολαβήσασαν θέας νῆσον τὴν Σικελίαν, ἃ πολὺ διὰ τοῦτο τ̃ χέρσυ διέχυσαν. ὅθεν καὶ μύθος φέρεται, τὸν Ποσειδῶνα, οἷα ὑπισχνεῖτο τοῖς σεισμοῖς, ἀποτομεῖν τὸν ἰσθμὸν Ἀονίῳ πολυγλώχινι σιδήρῳ, καὶ παρεισαγαγεῖν τὴν ἑκατέρωθεν ζωννύσαν αὐτὸν θάλασσαν· καὶ οὕτω νῆσον ποιῆσαι τὴν τέως χερρόνησον, χαριζόμενον Ἰοκάστῃ, τῷ δ' Αἰόλυ παιδὶ, ὡς αὐ ἔχοι τοῦτ' οἰκεῖν ἀσφαλῶς. Hoc est: *Sicilia olim peninsula erat; cohærens per isthmum Italiæ. ingenti autem terræ motu facto, isthmoque discisso, irrupisse æquor aiunt, quod isthmum adluebat; cinctuque suo insulam effecisse Siciliam, haud procul à continenti disjunctam. unde fabula fertur, Neptunum, qui motibus terræ præestit, abscidisse isthmum Aonio multas cuspides habente ferro; & induxisse mare, quod isthmum utrimque cingebat: atque ita ex peninsulâ effecisse insulam; gratificantem Iocasto, Aeoli filio, quò is secure ac tutò eam inhabitare posset.* Sed anteà etiam Sicani, οὐκ ἦσαν ὑπὸ μίαν ἡγεμονίαν βασιλέως τεταγμένοι, καὶ πόλιν ἕκαστον εἷς τὸν δυναστεύων· id est; *non sub unius regis imperium redacti erant: sed unumquodque opidum suum habebat principem:* ut auctor est idem Diodorus, loco suprà scripto. Talis fuit *Buta*, paullo ante bellum Troianum; eidem Diodoro lib. IV memoratus; ubi Herculis circa omnem Siciliam describit peregrinationem. Τοῦ δ' Ἡρακλέους, inquit, πλησιάσαντος τοῖς κατὰ τὸν Ἔρυκα τόποις, προκαλέσατο αὐτὸν Ἔρυξ εἰς πάλην, υἱὸς μὲν ὢν Ἀφροδίτης καὶ Βουτᾶ, ὁ δ' τοῦ βασιλεύοντος τῶν τόπων. Id est; *Hercules ubi subjectos Eryci monti agros contigit, ab Eryce, Veneris & Butæ, eius tunc loci reguli, filio, ad luctæ certamen provocatur.* Tales fuerint & VI illi alii Sicanorum duces; de quibus ita paullo post idem auctor: Τόπ δ' ὁ Ἡρακλῆς ἐγκυκλέμενος τὴν Σικελίαν, καὶ καταντήσας εἰς τὴν νῦν ὄσαν τῶν Συρακουσίων πόλιν, καὶ πυθόμενος τὰ μυθολογούμενα κατ' τὴν τῆς Κόρης ἁρπαγὴν, ἔθυσε θυσίας θεαῖς μεγαλοπρεπῶς, καὶ εἰς τὴν Κυανὴν τὸν κάλλιστον τῶν τούρων καθαγιάσας, κατέδειξε θύειν σὺν ἐγχωρίοις καθ' ἑαυτὸν τῇ Κόρῃ, καὶ πρὸς τῇ Κυανῇ λαμπρῶς ἄγειν πανήγυρίν τε & θυσίαν. αὐτὸς δὲ μετ' τῶν βοῶν διὰ τ̃ μεσογείου διεξιὼν, καὶ τῶν ἐγχωρίων Σικανῶν μεγίσταις δυνάμεσιν αὐτοταξαμένων, ἐνίκησεν ὑπὲφανεῖ τροπαιοῦχῃ, καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν. ἐν οἷς μυθολογοῦσι τινὲς καὶ στρατηγοὺς ὑπὲφανεῖς γενομένους σὺν μέχρι δ' νῦν ἡρωϊκῆς τιμῆς τυγχάνοντας, Λεύκασπιν, καὶ Πεδιακράτη, καὶ Βουφονᾶν, καὶ Καυχατᾶν, ἔτι τ' Κυγᾶον καὶ Κρυπιδᾶν. μετ' δὲ ταῦτα διελθὼν τὸ Λεοντῖνον πεδίον, τὸ μὲν κάλλος τ̃ χώρας ἐθαύμασε, πρὸς δὲ σὺν τιμῶντας αὐτὸν οἰκείως διαθέμενος, ἀπέλιπε παρ' αὐτοῖς ἀθάνατα μνημεῖα τ̃ ἑαυτ̃ παρουσίας· ὧν ἴδιόν τι ζωέον γένος τοῖ τ̃ πόλιν τ̃ Ἀγυραίων. Id est; *Tunc Hercules, Siciliâ in orbem perlustratâ, locum, ubi nunc Syracusanorum est urbs, ingressus, ubi de raptu Proserpinæ cognovit: solennia deabus sacra obtulit: & præstantissimo in Cyane immolato tauro, anniversarium sacrificii ritum festâ solennitate juxta Cyanen peragendi incolas docuit. Hinc per mediterranea cum bobus iter habens: Sicanos, magnis se coptis objicienteis, insigni prælio fudit, plurimosq; interemit. inter quos spectatæ virtutis duces, quibus heroicus adhuc cultus defertur, Leucaspis, Pediacrates, Buphonas, Cauchates, Cygeus & Crytidas, fuisse perhibentur. Inde per Leontinum pergens campum, pulcritudinem eius admiratur: &, ob exhibitos sibi honores, singulari homines*

favore

favore complexus, æterna suæ illic præsentiæ monimenta reliquit. Peculiare autem quidpiam illi apud Agyrinensium urbem obvênit. Verùm hæc de Hercule meritò inter μυθολογικὰ primi ævi recensenda sunt. quorum apud alias quoque genteis pariter omneis reperiuntur similia. Nomina istorum ducum sive heroum in Græcum postmodò vertêre sermonem Græci insulæ cultores: vel etiam ipsi Sicani; postquàm universa insula, ut auctor est loco suprà scripto Diodorus, in Græcam lingvam transiit. nam à Cyclopibus, ceu Græcæ originis mortalibus, ut quidam volunt, accipere ea Sicani minùs potuêre; quando illis *exstinctis* demum in *terram vacantem* successisse hos, tradunt scriptores. Nec sanè, si ab illis accepissent, integram in iis Græcorum formationem servaturi erant: sed, ut ubique fit, in barbaram formam detorsissent. nisi hos quoque Græcâ usos lingvâ etiam ante Græcorum colonias deductas fingere libeat. Sed ipse Diodorus, lib. v, ut suprà relatum, auctor est, πολλαῖς ἡλικίαις, id est, *multis ætatibus* antequàm Siculi ex Italiâ in Siciliam transgrederentur, Sicanos, ob gravia Aetnæ montis incendia sponte orientalibus insulæ partibus relictis, in occidentaleis secessisse; illasque tandem occupasse cultoribus vacuas novos advenas Siculos. Minimè igitur illa de Hercule fabula in mediterraneos Syracusanorum agros Leontinosque & Agyrinenseis congruit; quum jam tunc nulli heic fuerint Sicani. Cæterùm è diverso Thucydides atque Menippus Siliusque tradunt, Siculos vi atque armis ex orientalibus pepulisse in occidentaleis meridionaleisque parteis Sicanos. Cum Diodoro tamen sensisse videtur Dionysius; *haud perinde magnum Sicanorum pro terræ amplitudine numerum incoluisse insulam* adfirmans; *plerisque agris sine cultu jacentibus.* quamquàm & ipse haud modicè memoriâ lapsus deprehendatur, ἑσπέρια μέρη, id est, *occidentales parteis* primùm occupasse Siculos, tradens. Inter omneis tamen convenit, universam tandem subjecisse sibi insulam Siculos; etiam Sicanos, meridionales occidentalesque parteis colenteis. Id quando demum factum sit, minùs certum est. Ante Troianum bellum non esse factum, patet ex prædicti Butæ imperio. sed & Cocali è regno; cuius regia fuit *Camicus*, prope *Agrigentum*; quæ urbs vulgò nunc incolis dicitur *Gergenti*. Stephani epitomator: Κάμικος, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν, ὁ Δαιδάλου. [deesse puto ξενοδόχος· non enim Dædali fuit filius Cocalus] Χάραξ δὲ Ἴνυκον καὶ τοῦτο φησίν. Id est; *Camicus, urbs Siciliæ, in quâ Cocalus imperavit, Dædali hospes. Charax verò hanc Inycum vocat.* Pausanias in Achaicis, de eodem Dædalo loquens: Καταγνωσθεὶς δὲ ἀδικεῖν ὑπὸ τοῦ Μίνω, καὶ ἐς δεσμωτήριον ὁμοῦ τῷ παιδὶ ἐμβληθεὶς, ἐκδιδράσκει τε ἐκ Κρήτης, καὶ ἐς Ἴνυκον Σικελῶν πόλιν, ἀφικνεῖται παρὰ Κώκαλον, καὶ πόλεμον παρέχει τοῖς Σικελοῖς αἰτίαν πρὸς τοὺς Κρήτας, ὅτι ἐξαιτοῦντος Μίνω μὴ παραδοῖτο αὐτὸν ὁ Κώκαλος. Hoc est; *A Minoe posteà capitalis fraudis damnatus, & è vinculis unà cum filio elapsus, Inycum, Siculorum opidum, evasit ad Cocalum. atque ea fuit Siculis cum Minoe bellandi causa; quòd, poscente Minoe Dædalum sibi dedi, Cocalus recusasset.* Sed omnem de Minoe ac Dædalo historiam prolixo persequitur sermone Diodorus lib. IIII. unde præcipua, quæ ad hunc locum faciant, decerpere, operæ fuerit pretium. Διαδρᾶς δὲ, inquit, εἰς τοῦτο ὁ Δαίδαλος, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῇ τέχνῃ δόξαν θαυμαζόμενος, φίλος ἐγένετο Μίνωος τοῦ βασιλέως. κατὰ δὲ τὸν παραδεδομένον μῦθον, Πασιφάης τῆς Μίνωος γυναικὸς, ἐρασθείσης τοῦ ταύρου, μηχάνημα τοιήσας ὁμοιωμένον βοῦς, συνήργησε τῇ Πασιφάῃ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν. μυθολογοῦσι γὰρ, πρὸ τούτων τῶν χρόνων Μίνωα κατ' ἐνιαυτὸν συνήθως καθιερεῦν τὴν καλλίστην τῶν γινομένων ταύρων τῷ Ποσειδῶνι, καὶ θύειν τοῦτον τῷ θεῷ. ὀνομάζουσι δὲ τόπῳ ταύρου κάλλει Διαφέροντος, ἕπτον τὴν ἡδονὴν ταύρων θύσαι. τὸν δὲ Ποσειδῶνα, μισήσαντα τῷ Μίνωϊ, πεῖσαι τοῦ γυναῖκα αὐτοῦ Πασιφάου ἐρασθῆναι τοῦ ταύρου. Διὰ δὲ τῆς τούτου φιλοτεχνίας τοῦ Πασιφάου, μιγεῖσαν τῷ ταύρῳ, γενέσθαι τὸν μυθολογούμενον Μινώταυρον. * . * . τὸν δὲ Δαίδαλον, πυθόμενον τὴν ἀπείλου τοῦ Μίνωος, διὰ τοῦ καταστήσαντος τὴν βοῦς, φασὶ φοβηθέντα τοῦ ὀργοῦ τοῦ βασιλέως, ἐκ τῆς Κρήτης ἐκπλεῦσαι, συνεργήσης τῆς Πασιφάης, καὶ πλοῖον δόσης πρὸς τὴν ἔκπλευν. μετὰ δὲ τοῦτο τὸν ἱερὸν Ἴκαρον Φυγόντα καταπεχθῆναι πρός τινα νῆσον πελαγίαν, πρὸς οὗ τὸν Ἴκαρον παραβόλως ἀποθανόντα, πεσεῖν εἰς θάλασσαν, καὶ πλύτῆσαι· ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Ἰκάριον ὀνομασθῆναι, καὶ τοῦ νῆσον Ἰκαρίαν κληθῆναι. τὸν δὲ Δαίδαλον, ἐκ τῆς νήσου ταύτης ἐκπλεύσαντα, καταπεχθῆναι τῆς Σικελίας πρὸς χώραν, ἧς βασιλεύοντα Κώκαλον ἀγαλαθεῖν τὸν Δαίδαλον, καὶ διὰ τοῦ εὐφυΐαν καὶ δόξαν τιμήσασθαι φίλον ἀπὸ πλεῖστον. * . * . Δαίδαλος οὖν παρὰ τῷ Κωκάλῳ καὶ τοῖς Σικανοῖς διέτριψε πλείω χρόνον, θαυμαζόμενος ἐν τῇ κατὰ τοῦ τέχνῃ ὑπερβολῇ. * . * . Μίνως δὲ, ὁ τῶν Κρητῶν βασιλεὺς θαλασσοκρατῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, καὶ πυθόμενος τοῦ Δαιδάλου φυγοῦ εἰς τοῦ Σικελίαν, ἔγνω στρατεύειν ἐπ' αὐτοῦ. Παρασκευάσας δὲ δυνάμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον,

ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Κρήτης, καὶ κατῆρε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου Μίνωαν καλουμένην. ἀποβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν, καὶ πέμψας ἀγγέλους πρὸς Κώκαλον τὸν βασιλέα, ἐζήτει τὸν Δαίδαλον εἰς τιμωρίαν. ὁ δὲ Κώκαλος εἰς σύλλογον προσκαλεσάμενος, καὶ πάντα ποιήσειν ἐπαγγειλάμενος, ὅπῃ τὸν ξένια παρέλαβε τὸν Μίνωα. λουομένου δ' αὐτοῦ, Κώκαλος μὲν πρὸς καταλοχῶν πλείω χρόνον ἐν τῷ θερμῷ τὸν Μίνωα διέφθειρε, καὶ τὸ σῶμα ἀπέδωκε τοῖς Κρησὶ, φασὶν ἐνεγκὼν δι' θανάτου, διόπερ καὶ τὸν λουτρῶνα ἐλιθήσας καὶ πεσὼν εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ, ἐπλάτησε. * . * . Οὐ μὴν ἀλλ' οἱ κατὰ τὴν Σικελίαν Κρῆτες μετὰ τὴν Μίνωος πλάνην τὴν ἐκστασίαν διὰ τὴν ἀναρχίαν. τῶν δὲ νεῶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Κώκαλον Σικανῶν ἐμπυρισθεισῶν, τὴν μὲν εἰς τὰς πατρίδας ἐπάνοδον ἀπέγνωσαν· οἰκίσαντες δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ κατοικεῖν, οἱ μὲν ἐκεῖθεν πόλιν ᾤκισαν, ἣν ἀπὸ τοῦ βασιλέως αὐτῶν Μίνωαν ὠνόμασαν· οἱ δὲ διὰ τὸν μεσογείου πλανηθέντες καὶ καταλαβόμενοι χωρίον ἐχυρὸν, ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ πόλει ῥεούσης πηγῆς ὠνόμασαν Ἔγγυον. ὕστερον δὲ κατὰ τὴν τῶν Τροίας ἅλωσιν Μηριόνης τοῦ Κρητὸς προσενεχθέντος τῇ Σικελίᾳ, προσεδέξαντο τοὺς καταπλεύσαντας Κρῆτας, διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τὴν πολιτείας μετέδωκεν. Hoc est: *Dædalus in Cretam elapsus, quum in magnâ propter artis gloriam admiratione esset, in regis quoque Minois amicitiam venit. Quum autem, ut tritus fabularum sermo habet, uxor Minois Pasiphaë tauri amore insaniret, machinâ vaccæ instar constructâ, ad explendam Pasiphaæ libidinem operam locavit. Narrant enim, solenne fuisse anteà Minoi, pulcherrimum ex omni armento taurum Neptuno consecratum offerre. quum verò insigniter formosus tum fortè exstitisset, deteriorem eius loco victimam Deo factum esse. quo facto Neptunum, Minoi iratum, conjugem regis infatuasse amore tauri. quæ per artificium Dædali tauro supposita, celebrem in fabulis Minotaurum peperit.* Et posteà: *At verò Dædalum aiunt, ubi de minis regis, quòd vaccam condidisset, inaudivit, iram Minois veritum, auxilio reginæ, quæ navigium ei ad fugam suppeditaverat, clam ex insulâ discessisse: fugæ comite adsumto Icaro. cum hoc ad insulam quamdam, in alto mari sitam, delatum esse. in quam ubi temerè exsiensum parat juvenis, in mare delapsum interiisse: à quo & Icarium mare & insula Icaria denominata fuit. Dædalum verò, relictâ hac insulâ, in Siciliam transmisisse; eoq; loci adpulisse ubi Cocalus imperabat. hunc, benignè Dædalum susceptum, ingenio & celebritate viri adductum, præcipuum sibi amicum fecisse.* Ac deinde: *Dædalus itaq; multum temporis apud Cocalum atq; Sicanos consumsit: & apud omneis ob excellentiam artis in magnâ fuit auctoritate atque honore singulari.* Mox: *Cæterùm Minos, rex Cretensium, qui mari tum potens erat, quum de Dædali in Siciliam fugâ cognovisset; bellum insulæ facessere decrevit. Cum magnâ itaque & instructissimâ classe profectus, ad eam Agrigentini agri urbem adpulit, quæ inde Minoa vocatur. Expositis copiis, per nuncios, ad Cocalum missos, Dædalum ad supplicium exposcit. Cocalus, vocato ad colloquium Minoë, omnia se facturum promittens, hospitalibus eum officiis demulcet. quumque balneum ingressus esset: nimis diu in thermis detentum, caloris æstu hominem suffocavit. cadavere Cretensibus reddito, hanc morti causam prætexuit, quòd ex lubrico in fervidas aquas casu mortem oppetisset.* Paullo pòst: *Cæterò Cretenses, à Minoë in Siciliam traducti, quum sine rege essent, seditionem inter se excitarunt. At desperato in patriam reditu, quòd naves eorum à Sicanis, Cocali subditis, incensæ essent; in Siciliâ habitare decreverunt. Pars ergo urbem condunt, quam à regis nomine Minoam vocarunt. pars, mediterraneis peragratis, munitum nacti locum, opidum, à scaturiente illic fonte Engyum denominatum, ædificarunt. Post Troiæ dehinc excidium, Merionem, in Siciliam ejectum cum Cretensibus, quòd gentiles essent, in civitatis communionem susceperunt.* Casum Minois breviter sic recenset Tzetzes in Chiliadibus:

Ὁ Δαίδαλος δ' εἰς Κάμικον σώζεται Σικελίας.
Τοῦτον καὶ Μίνως ἐκζητῶν ἦλθεν εἰς Σικελίαν.
Τ' ἀπὸ τῶν θυγατέρων δὲ θνήσκει τῶν τοῦ Κωκάλου,
Ζέμα θερμὸν πεῖχεθεὶς, καὶ παγύτατα ψύχας.

Hoc est:

Dædalus in Camicum evadit Siciliæ.
Hunc & Minos insequens venit in Siciliam.
Vbi à filiabus occiditur Cocali;
Æstu calido circumfusus, statimq; frigefactus.

CRETENSES *in Siciliâ.* Hac igitur occasione CRETENSIVM nonnulli facti sunt Siciliæ incolæ. quod Silius etiam tradit, & item Solinus. Huius verba ex cap. XI jam anteà citavimus ista: *Sicaniæ diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit; advectus cum amplissimâ Iberorum manu. Post Siculum, Neptuni filium, in hanc plurimi Corinthiorum, Argivorum, Iliensium, Doriensium, Cretensium, confluxerunt.* Silius lib. XIIII ita canit:

Post

Post dirum Antiphatæ sceptrum & Cyclopeia regna,
Vomere verterunt primùm nova rura Sicani.
Pyrene misit populos; qui nomen, ab amne
Adscitum patrio, terræ imposuêre vacanti.
Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, novavit
Possessis bello mutata vocabula regnis.
Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat
Sicanum Siculo nomen. Mox accola Minos
Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohorteis;
10 *Dædaliam repetens pennam. qui fraude nefandâ*
Postquàm perpetuas judex concessit ad umbras,
Cocalidum insidiis; fesso Minoïa turba
Bellandi studio, Siculis subsedit in oris.

Ἐτεοκρήτας equidem memorat in Cretâ populos Homerus, Odyss. lib. XIX; & item Marcianus Heracleensis in Περιήγησει; & Diodorus lib. V. at *Eteretes* mihi lecti sunt nulli. Proinde vocem istam *Eteretum* ita emendo;

Duxerat & Cretum non fausta ad bella cohorteis.

Corruptum vocabulum hoc esse, ne mirum sit: quando & mox infrà *Ennæis* legitur vitiata vox pro *Aetnæis*; ut infrà suo loco ostendetur: & suprà etiam est *Sicano*,
20 pro *Sicani*. Scio equidem alios heic legere;

——— *Mox accola Minos,*
Dux Eteocretum non fausta ad bella cohortans,
Dædaleam repetit pennam.

At hi nimis multa commutant; orationemque non modò imperfectam, sed & parum aptam reddunt. Minoem anno XII ante bellum Troianum in Siciliâ interiisse, in Eusebii Chronico adnotatum reperio; ubi ita scriptum: Μίνως δὲ ὁ Σικελίαν στρατεύσας μετὰ Δαίδαλον, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων. Quæ ita interpretatur Hieronymus: *Minos in Siciliâ adversùm Dædalum arma capiens, à filiabus Cocali occiditur.* Sub hoc igitur tempus Sicilia novos istos ex Cretâ colonos accepit. At è diverso Stra-
30 bo, nescio quos auctores sequutus, Cretensis tradit post mortem Cocali, relictâ Siciliâ, in Italiâ sedeis posuisse. Verba eius lib. VI, ubi de origine Tarentinæ urbis tractat, hæc sunt: Ἧκον ἂν σὺν Φαλάνθῳ οἱ Παρθενεῖαι· καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς οἵ τε βάρβαροι καὶ οἱ Κρῆτες, οἱ προκαταλαχόντες τὸν τόπον. τούτους δ' εἶναί φασι τοὺς μετὰ Μίνω πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὴν ἐν Καμικοῖς τοῦ μὲν Κωκάλου συμβᾶσαν, ἀπάραντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν αὐτόπλουν δεῦρο παρωδεύσαντας· ὧν τινας ὕστερον πεζῇ παρελθόντας τὸν Ἀδρίαν μέχρι Μακεδονίας, Βουδείους προσαγορευθῆναι. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ, μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλου γενέσθαι φασὶ, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. Id est: *Huc itaque adpulsi cum Phalantho Partheniæ, à Barbaris simul & Cretensibus, qui loca ista occupaverant, recepti sunt. Hi fuisse feruntur, qui cum Minoë in Siciliam navigaverant.*
40 *quo in Camicis apud Cocalum vitâ functo, è Siciliâ discesserant: tempestatibusque huc adacti fuêre. quorum nonnulli Adriaticum sinum terresti itinere circumgressi usque ad Macedoniam processisse, ac nomen Budeorum tulisse feruntur. Iapygas autem dictos tradunt omneis illos, ad Dauniam usq., ab Iapyge; qui, ut ferunt, Dædalo è Cretâ muliere natus, ductor Cretensium fuit.* Non tantùm contraria hæc narratio illis, quæ à Diodoro, Silio, & Solino referuntur; sed etiam eâ parte haud modicè absurda, ubi ductor navigantium è Siciliâ Cretensium dicitur fuisse Iapyx, filius Dædali; cuius causâ & rege suo & patriâ privati erant. At apud Herodotum, antiquissimum rerum auctorem, hæc leguntur: Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικομένου ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ· αὐτὰ δὲ χρόνον κρήσας θεὸς σφέας ἐπιστρώσας, πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πρασιέων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον. πόλιος δὲ, ἀδυναμέους ἔτι ἑλεῖν ἔτι παραμένειν, λιμῷ σιτεομένους, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. Hoc est: *Aiunt Minoem, quum, Dædalum vestigans, in Sicaniam, quæ nunc Sicilia dicitur, pervenisset; vi eius vitæ allatâ, occubuisse. interjecto autem deinde tempore, omneis Cretensis, exceptis Polichnitensibus & Prasiis, divinitus instinctos, cum magnâ classe in Sicaniam trajecisse, & quinquennio obsedisse opidum Camicum. ad extremum verò, quum neque expugnare eam possent, neque diutiùs manere; quòd fame enecarentur; eâ relictâ, abiisse.* Quò locorum abiverint, non addit. Haud dubiè tamen, in Cretam rediisse, intellexit.

Adeò

Adeò jam antiquissimis illis Herodoti temporibus hæc de Cretensium in Siciliâ colonis narratio incerta atque controversa fuit. Cæterùm apud Iustinum, lib. IIII, sic scriptum est: *Siciliæ primò Trinacriæ nomen fuit. posteà Sicania cognominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit. quibus exstinctis, Cocalus regnum insulæ occupavit. Post quem singulæ civitates in tyrannorum imperium concesserunt: quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus justitiâ cum cæterorum crudelitate certabat.* Compendium hoc est omnium hactenus enarratarum rerum nimis compendiarium; eóque satis vitiosum. neque enim statim post Cyclopas exstinctos Cocalus rex fuit; neque toti insulæ imperitavit; ne toti quidem, si Diodoro credimus, Sicanorum genti, in occidentaleis insulæ parteis à Siculis compulsæ: neque post Cocalum continuò exortæ sunt Græcorum in singulis civitatibus tyrannides; ex quarum numero fuit Messana, Anaxilai imperio subjecta. Ipse Trogus, cuius epitomator est Iustinus, haud dubiè omnia ista longè aliâ pleniorique serie enarraverat. De Græcorum coloniis antequàm dicamus, de Elymis primùm sermo expediendus erit.

HELYMI *sive* ELYMI. Ἔλυμοι, ELYMI, sive, uti alii scribunt, cum adspiratione, Ἕλυμοι, HELYMI, Hellanico apud Dionysium, ut suprà intellectum est, traduntur priùs sedeis habuisse in Italiâ: atque inde ab Oenotris, anno ante bellum Troianum LXXXVI pulsos in Siciliam trajecisse. E diverso ipse Dionysius, & cum eo Thucydides, Lycophron, Pausanias, Virgiliusque & Silius ac Solinus, Troiâ captâ eos deducunt *Troianos*. Thucydidem, Pausaniam, Silium, atque Solinum jam anteà audivimus. Apud Lycophronem Alexandra ita vaticinatur:

Ἄλλοι δ' ἐνοικήζουσι Σικανῶν χθόνα
Πλαγκτὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τρισσὰς
Ναύσας ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κηπεδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ τρεφθεῖναι θηρσὶν ὠμησαῖς βορὰν,
Μολόντας εἰς γλῶ ἕσπερον Λαιστρυγόνων
Ὅπου σωοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία.
Αἱ δ' αὖ παλαιστοῦ μητέρος Ζηρωνθίας,
Σηκὸν μέγαν δείμαντο δωτίνῃ θεᾶς,
Μόρον φυγοῦσαι καὶ μονοικήτους ἕδρας.
Ὧν δὴ μίαν Κρημιστὸς, ἐνδαλθεὶς κυνὶ,
Εὔζυξε λέκτροις πολεμός· ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα χθονοῖον τικνεῖ
Τρισσῶν σωοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων·
Ὃς δὴ ποδηγῶν πόρδοῦ Ἀγχίσου νόθον
Ἄξει τρίδειρον νῆσον εἰς ληκτηρίαν,
Τῶν Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλήσαντα.
Λίγιστα τλῆμον· σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς
Πένθος μέγιστον, καὶ δι' αἰῶνος πύτρας
Ἕσται, πυρὸς ῥιπαῖσιν ἠθαλωμένης.

Id est:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram;
Errones eò delati: ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phœnodamantis filias,
Balænam pascentibus stimulatus cladibus,
Procul exponendas feris crudelibus,
Progressas in occidentalem Læstrygonum terram;
Vbi larga visitur solitudo.
Illæ porrò matri Luctatoris, Zerinthiæ,
Templum exstruxêre magnum, donum deæ;
Mortem quum effugissent, & sedeis solitarias.
Harum unam Crimissus, adsimilatus cani,
Lecto junxit fluvius: cui illa
Semifero generosum parit catulum,
Trium fundatorem & conditorem locorum.
Qui germen Anchisæ manu ducens spurium

In in-

In insulam deducet tricollem margineam,
Dardaniis ex locis navi advectum.
O misera Aegesta! cui deorum decretis
Luctus erit maximus & perpetuus,
Ob patriam ignis jactibus combustam.

Ad quæ ita commentatur Tzetzes: Φοινοδάμας τὶς Τρῶς συνεβούλευε τοῖς Τρωσὶν ἐκθεῖναι τὸν Ἡσίονα τῷ κήτει, εὐλαβούμενος μὴ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τῶν τριῶν, μὴ αὐτὰς ἐκθῶσι. καὶ ἔπεισε τοῦτο πεποιηκέναι. ὁ δὲ Λαομέδων, μανιῶν τῷ Φοινοδάμαντι, ἔδωκε τὰς θυγατέρας ἐκείνῳ ναύταις ἐν Σικελίᾳ, θηρίοις βορὰν. ἃ δὴ φερόμενα, κατὰ γνώμην Ἀφροδίτης ἐσώθησαν. ὧν τῇ μιᾷ κυνὶ ὁμοιωθεὶς ὁ Κριμισὸς ποταμὸς ἐμίγη. καὶ ἐγέννησε τὸν Αἰγέστην· ὃς ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Αἰγέστην, καὶ Ἔρυκα, καὶ Ἐντέλλαν. ὅς τις Αἰγέστης ἐλθὼν εἰς Δαρδανίαν, νόθον Ἀγχίσου παῖδα, Ἔλυμον καλούμενον, ἤγαγεν εἰς Σικελίαν. Hoc est: *Phænodamas quidam Troianus, suasit Troianis, uti Hesionem ceto exponerent; cavens tribus filiabus suis, ne ipsæ exponerentur. persuasitque, uti id facerent. At Laomedon, iratus Phænodamanti, nautis in Siciliâ dedit filias illius, feris pro pabulo objiciendas. Hæ in Siciliam delatæ, Veneris ope servantur. Quarum unam Crimissus amnis, cani similis factus, compressit: progenuitque ex eâ Aegestem; qui treis in Siciliâ condidit urbeis: unam, quam de nomine suo dixit Aegestam; alteram, Erycem; tertiam, Entallam. Idem Aegestes, in Dardaniam profectus, nothum Anchisæ filium, nomine Elymum, in Siciliam deduxit.* Apud Virgilium etiam, Aeneid. lib. v, ubi Aeneas à Carthagine ad Siciliam adpellit, hæc sunt:

Hæc ubi dicta, petunt portus; & vela secundi
Intendunt Zephyri; fertur cita gurgite classis:
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis
Adventum, sociasq, rateis, occurrit Acestes;
Troia Crimiso conceptum flumine mater
*Quem genuit. * . * .*
Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes
Hoc puer Ascanius; sequitur quos cætera pubes.

Ad quæ ita Servius: *Hoc Elymus facit. Primus Troianorum: qui dicitur in Siciliâ condidisse, Ascam,* [lege *Erycem*] *Entellam, Egestam. Alii dicunt eum post incensum Ilium cum Aceste in Siciliam venisse: eique participem fuisse. alii Anchisæ nothum filium habuisse,* [lege *fuisse*] *Helymum regem, in Siciliâ genitum, Erycis fratrem fuisse dicunt.* Lege; *alii Erycis fratrem fuisse dicunt.* At è diverso Dionysius Acesten, sive Aegestum, in insulâ natum educatumque tradit; Helymo tamen regium genus attribuens. Hi igitur HELYMI, sive ELYMI, extremas versùs occidentem Siciliæ oras tenuêre & opida *Aegestam, Erycem,* & *Entellam*, circa *Crimisum flumen*, quod vulgari nunc vocabulo accolis dicitur *Belici*; ut suo loco latiùs explicabitur.

Cæterùm Thucydides, loco suprà perscripto, PHOCENSIVM etiam quosdam cum Elymis Troianis in Siciliâ habitasse, tradit. Προσξυνῴκησαν, inquit, αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς, οἱ ἀπὸ Τροίας πόνῳ χειμῶνι εἰς Λιβύην πεσόντες, ἔπειτα εἰς Σικελίαν ἀπ' αὐτῆς κατενεχθέντες· id est; *Alii eis deinde coloni accesserunt Phocensium nonnulli; eorum scilicet, qui à Troiâ tunc in Libyam primùm tempestate abrepti, mox inde in Siciliam delati fuêre.* At hos Troianos fuisse, duce Aeneâ, qui partem eorum apud Aegestum atque Elymum in Siciliâ reliquit, quum inde Italiam peteret; testis est cum Virgilio Dionysius. lib. I, de Aeneâ loquens: Καπίγοντας τὴν νῆσον περὶ τὰ καλούμενα Δρέπανα· ἔνθα περιτυγχάνουσι τοῖς σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ προεξελθεῖσιν ἐκ τῆς Τροίας, οἱ ᾤκησαν περὶ ποταμὸν λεγόμενον Κρεμισὸν, ἐν γῇ Σικανῶν, πρὸς φιλίαν λαβόντες παρ' αὐτῶν τὸ χωρίον, διὰ τὴν Αἰγέστου συγγένειαν, φερομένου τε καὶ τραφέντος ἐν Σικελίᾳ, κατὰ πιόνδε τι πάθος· Τῶν προγόνων αὐτοῦ τις οὐκ ἐπιφανὴς, ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ γένους ὤν, Λαομέδοντι διαφόρῳ γένεται, καὶ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ἐπ' αἰτίᾳ δή τινι λαβὼν, κτείνει, καὶ γυνὴ αὐτοῦ τὸ ἄρρεν ἅπαν, ὑπὸ δέους, μήτι πρὸς αὐτῶν πάθῃ· ἃς δὲ θυγατέρας, παρθένους εἶναι ὄσας, ἀποκτεῖναι μὴ οὐκ ἐδυσπεπὲς ἐνόμισε, Τρωσὶ δὲ συνοικεῖσαι πρεπῶδες, οὐκ ἀσφαλὲς, ἐδόκει δ' αὐταῖς ἐμπόροις, ὡς προσωτάτω κελεύσας ἀπάγειν. Ταύτας ἀπιούσας συνεκπλεῖ μειράκιον τι τῶν ἐπιφανῶν, κρατούμενον ἔρωτι τῆς ἑτέρας, καὶ γαμεῖ τὴν παιδίσκην ἀχθεῖσαν εἰς Σικελίαν· ἐξ οὗ γένοιτο αὐτοῖς παῖς, ἐν Σικελοῖς διατρίβουσιν, Αἴγεστος ὄνομα· ὃς ἤδη καὶ γλῶσσαν τὴν τῶν ἐπιχωρίων ἐκμαθὼν, ἐπειδὴ τοὺς γονεῖς αὐτῷ τελευτῆσαι συνέβη, βασιλεύων ἐν Τροίᾳ Πριάμου, κάθοδον αὐτῷ δοθεῖσαν διαπεράσεται· καὶ συνδιενέγκας τὸν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς πόλεμον, ἀλισκομένης τῆς πόλεως, ἀπέπλε

PHOCENSES *in Siciliâ Thucydidi.*

ἀπέπλει πάλιν εἰς Σικελίαν, σὺν Ἐλύμῳ πεισάμενος τῶν Φυγῶν ἐν τρισὶ ναυσίν. ἐντυχὼν δ' αὐτοῖς Αἰνείας, φιλοφρονεῖται αὐτοὺς, καὶ καταστοχάζεται αὐτοῖς πόλεις Αἴγεσταν καὶ Ἔλυμα [scribendum Ἔρυκα, infrà suo loco docebitur] καὶ ἵνα τὲ μοῖραν τῆς ἑαυτοῦ σφαγῆς ἐν τοῖς πλίσμασιν ἀπολείπεται· ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω, γνώμῃ ἐκουσίῳ χρησάμενος, ἵνα τοῖς ἀπὸ καμάτων βαρυωμένοις, ἢ καὶ ἄλλως θαλάττῃ ἀχθομένοις, αἰαπαύσεις γένοιτο, τε καταγωγαὶ ἀσφαλεῖς· ὡς δὲ ἕνες γράφουσι τὸν ναυτικὸν μειωθέντος αὐτῷ, διὰ τὴν ἔμπρησιν, ὧν ἐπιθέντο τῶν γυναικῶν ἕνες, ἀχθόμενοι τῇ πλάνῃ, τὸν σκεῦος δυνάμενον συμπλεῖν ὄχλον ὀκτὼ καταστεναυμένων νεῶν, αἰάγκῃ καταλιπόν. Hoc est: *Adpulerunt ad eam insulæ partem, ubi sunt Drepana. Heic fortefortunà incidunt in eos, qui cum Elymo & Aegesto priores à Troiâ profecti erant, habitabantque circa Crimisum flumen, in Sicanorum terrâ; à quibus in partem agrorum admissi propter Aegesti cognationem & amicitiam; qui casu quodam in Siciliâ natus educatusque fuerat. Nam regnante Laomedonte, quidam ex ipsius maioribus, vir è Troianâ stirpe nobilis, orto inter ipsum & regem dissidio, à rege ob crimen nescio quod captus atque necatus fuerat; & cum eo omnes melioris sexus liberi; ne quis ultor injuriæ tandem exsisteret. at filias, adhuc virgines, occidere indignum ratus; nec tamen tutum, elocari eas Troianis civibus; dedit negotiatoribus, cum mandatis, ut asportarentur in terras longinquissimas. Has abeunteis adolescens quidam, nobili genere natus, in eâdem navi comitatur, amore alterius captus. puellamque advectam in Siciliam duxit conjugem. Ex his parentibus Aegestus apud Siculos genitus est. qui lingvam & mores eius regionis edoctus, post obitum parentum à Priamo rege impetravit reditum in pristinam patriam. Ibi quum tolerasset cum suis civibus bellum Achaicum; postquàm hostes urbe potiti sunt, navigavit rursùm in Siciliam; unà cum Elymo fugiens tribus navibus. In hos viros postquàm incidit Aeneas; complexus est eos comiter. conditisque in eorum gratiam Aegestâ & Eryce opidis; partem sui exercitus in iis reliquit; ut ego equidem conjecto, suâ sponte atque consilio; ut labore, aut certè marinis jactationibus fessi, loco tuto quiescerent: ut verò nonnulli scribunt; detrimento classis, navibusque aliquot, feminarum operâ, ob diuturnum errorum tædium, incensis, coactus turbam illic relinquere, quam, post exustas suas, reliquæ naves capere non poterant.* Hinc etiam puto Scylacem præter *Elymos* in barbaris Siciliæ gentibus nominasse *Troas*. Ἐν δὲ Σικελίᾳ, inquit, ἔθνη βάρβαρα τάδε ἐστίν· Ἔλυμοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, Φοίνικες, Τρῶες. id est; *Barbaræ in Siciliâ gentes sunt istæ: Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Troës.*

THESSALI *in Siciliâ Straboni.*

At apud Strabonem, lib. VI, THESSALORVM etiam nonnulli in Siciliâ locantur; adeóque Aegestæ urbis conditores. Τὴν Αἴγεσταν, inquit, κτίσθαι φασὶν ἀπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιάτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς εἴρηται, παρ' αὐτὸν σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός. Id est: *Aegestam conditam ferunt ab iis, qui cum Philoctete in Crotoniensem agrum venerunt, sicut in Italicis dictum est; missis ab eo in Siciliam cum Aegesto Troiano.* Dixit eodem libro suprà, his verbis: Κῶσμα δ' ἐστὶ Πετηλία Φιλοκτήτου, φύγοντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν. Φιλοκτήτου δ' ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ Κρίμισα, περὶ αὐτὸν τὸν τόπον. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τοῖς περὶ νεῶν τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς, λέγειν ἔνας φησὶν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιάτιν ἀφικόμενος, Κρίμισαν ἄκραν οἰκῆσαι, τε Χώνην πόλιν ἀπὸ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτῃ Χῶνες ἐκλήθησαν· παρ' αὐτὸν δὲ ἕνες σταλέντες εἰς Σικελίαν περὶ Ἔρυκα μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωὸς, Αἴγεσταν τειχίσαι. Hoc est: *Petelia condita est à Philoctete; qui Melibœâ ob seditionem profugit. Philoctetæ opus est & vetus Crimisa, eodem tractu. Apollodorus in commentariis de navibus, factâ Philoctetis mentione, quosdam ait dicere, eum, quum in Crotoniensem pervenisset agrum, Crimisam arcem condidisse, & urbem Chonen super eam; unde Chonibus in hac regione nomen. missos item ab eo quosdam in Siciliam ad Erycem montem cum Aegesto Troiano, Aegestam communivisse.* Vrbs ista Melibœa fuit Thessaliæ; teste ipso Strabone, in lib. IX. & Servius in Virgilii Aeneid. lib. III: *Ducis Melibœi Philoctetæ; à Melibœâ, civitate Thessaliæ; de qua fuit.* At sanè, nisi ab eodem Aegesti patre *Crimiso*, nobili Troiano, adpellatum in Italiâ fuisse *Crimisam* arcem dicas; malè istâ Apollodori historia cum illâ Lycophronis, Virgilii, ac Dionysii narratione congruet: planéque hæc de Thessalis, Philoctetæ sociis, cum Aegesto in Siciliam ad condendam Aegestam urbem missis, ex similitudine vocabulorum conficta esse adparebunt. Hæc igitur de Phocensibus Græcis atque Thessalis in Siciliâ colonis minùs certa sunt.

At *ultimæ* tandem in Siciliam venisse narrantur certis jam pluribusque auctoribus GRÆCORVM *coloniæ*: annis post Troiam captam CCCCXLVIII. quod ex Thucydidis maximè colligo suprà scriptâ historiâ. Quidpe primos ait Græcorum Chalcidenseis, duce Theocle, *Naxum* in hac insulâ condidisse. insequenti autem

tem anno Archiam Corinthium *Syracusas*. & per idem tempus Lamin Megarensem primò *Troilum* in eâdem insulâ condidisse; mox *Thapsum*. Lami defuncto, Thapsi incolas, Hyblone, rege Siculorum, duce, *Megarenseis* condidisse, qui *Hyblei* dicti. annis inde CCXLV pulsos eâ urbe & agris fuisse à Gelone, Syracusanorum rege. hic rex factus est Olympiadis LXXII anno II; ut auctor est Pausanias in Eliacis: sive, ut Eusebius in Chronico, Olympiadis LXXIII anno II: seu, ut Diodorus lib. XI, Olympiadis LXXIIII anno I. nam Olympiadis LXXV anno III obiisse Gelonem narrat, VI annos imperio functum. à quo anno ad bellum Troianum IDCCIIII numerantur anni. quibus si CCXLV illos demas; manebunt CCCCLXVIIII. quorum postremis XIII prædicta opida in Siciliâ condita fuêre. Sed de Naxo disertum exstat testimonium Eusebii: apud quem ad Olympiadis XI annum primum ita scriptum est: Ἐν Σικελίᾳ Νάξος ἐκτίσθη· id est; *In Siciliâ Naxus condita est*. Hoc est, ut ipse tempora computat, anno à Troiâ captâ CCCCXLVI. nam à Troiâ captâ ad primam Olympiadem annos facit CCCCVI. At verò ex Dionysii Halicarnassensis computatione, quâ etiam complures usi sunt Romani auctores, annus conditæ Naxi fuerit à Troiâ captâ CCCCXLVIII. illi enim à Troiano bello ad Romæ urbis ortum, quæ condita fuit Olympiadis VII anno I, faciunt annos CCCCXXXII. Anno igitur CCCCXLVIII à Troiâ captâ primæ Græcorum in Siciliam deductæ sunt coloniæ. Apud Strabonem, lib. VI, in descriptione Siciliæ, ingens esse librarii mendum, ex modò dictis manifestum est: Πόλεις δ' εἰσὶν, inquit, ἃς ῥῶν τὸ πλοῦρον τὸ ποιοῦν τὴν πορθμὸν, Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον, καὶ Κατάνη, καὶ Συράκουσαι· αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακούσων ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα. φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ καὶ τῇ ἡμετέρᾳ μετὰ Τρωϊκά. Id est: *Vrbes Siciliæ in eo latere, quod fretum conficit, sunt Messana, Tauromenium, Catana, Syracusæ. quæ verò inter Catanam & Syracusas fuêre, interierunt; Naxus scilicet & Megara. Ephorus tradit, has primas in Siciliâ urbeis Græcanicas fuisse, ætate post bellum Troianum*. Pergit hinc ex eodem Ephoro de Theocle, Naxi conditore, eadem referre, quæ Thucydides. At corrupta esse postrema ista verba, orationemque imperfectam esse, satis per se adparet. quorsum enim particula καὶ antè τῇ ἡμετέρᾳ; & cur numerus ætatis non additus? Communis plerorumque auctorum Græcorum singularum ætatum computatio quum sit XXX annorum; facilè ex suprà scripto CCCCXLVIII annorum numero conjecerim, scriptum fuisse apud Strabonem ex Ephoro πεντεκαιδεκάτῃ ἡμετέρᾳ, id est, *ætate* XV. unde posteà librarii incuriâ factum καὶ τῇ ἡμετέρᾳ. Apud Marcianum quoque Heracleensem, in Orbis terrarum descriptione, ubi idem numerus XV ætatum perscriptus erat, totus locus de Græcorum in Siciliam deductis coloniis opidisque inibi conditis, vitiatus in vulgatis exemplaribus legitur in hunc modum:

GRAECORVM *colonia in Siciliâ.*

——— Εἶθ' Ἑλληνικαὶ

Ἔχε πόλεις, ὡς φασὶν ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν
Δεκάτῃ ἡμετέρᾳ. μετὰ ταῦτα Θεοκλέους τόλον
Παρὰ Χαλκιδέων λαβόντος· τῷ δ' ἔτος ἡμέτ
Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν· καὶ σωνῆλθον, ὡς λόγος,
Ἴωνες, εἶτα Δωριεῖς οἰκήτορες.
Στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς ἡμορμῆς, οἱ Χαλκιδεῖς
Κτίζουσιν Ἄξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕλαν.
Τὸ δ' ἀπὶ Ζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
Κατέχον. Ἀρχίας δὲ τούτους τοῦς λαβὼν
Ὁ Κορίνθιος, μετὰ Δωριέων καθώκισεν
Ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης λαβοῦσιν τὄνομα
Τὰς νῦν Συρακούσας παρ' αὐτοῖς καλουμένας.
Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ Νάξου Λεοντὶ,
Ἢ τὴν θέσιν τ' ἔχουσι Ῥηγίου πέραν.
Ἐπὶ τοῦδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔχεν ἀποικίαν.
Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις Εὐβοϊκαὶ
Μύλαι κατῳκίσθησαν ἀπικαλουμέναι.
Εἶθ' Ἱμέρα, καὶ Ταυρομένιον ἐκρυμένη,

Εἰσὶ δὲ πᾶσαι Χαλκιδεῖς αὗται πόλεις
Τὰς Δωρικὰς δ' πάλιν ἀναγκαῖον φράσαι·
Μεγαρεῖς Σελινοῦντ' οἱ Γελῶοι δ' ἔκτισαν
Ἀκράγαντα, Μεσσήνῃ δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου.
Συρακούσιοι δὲ τὴν Μακαρίνην λεγομένην.
Αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν
Πρὸς ἓξ ἔτη καὶ πεντήκοντ' ὠκημένην.
Αὗται μόνον εἰσὶν αἱ πόλεις Ἑλληνίδες.
Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τ' πλισμάτων.

Ego ex universâ harum coloniarum urbiumque historiâ simul & chorographiâ, quæ in singulis posteà adseretur, ita recensco:

——— Εἶθ' Ἑλληνικὰς
Ἔσχε πόλεις, ὡς φασιν, ὑπὸ τ' Τρωϊκῶν
Δεκάτῃ ἡνεᾷ μετὰ πέντε· Θεοκλέους στόλον
Παρὰ Χαλκιδέων λαβόντα· οὗ δ' ἔτα ἦνει·
Ἐκ τ' Ἀθηνῶν· καὶ συνῆλθον, ὡς λόγος,
Ἴωνες, εἶτα Δωριεῖς οἰκήτορες.
Στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς γενομένης, οἱ Χαλκιδεῖς
Κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς δ' τὴν Ὕβλαν.
Τὸ δ' ὄπτι Ζέφυρον τ' Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
Κατέχον. Ἀρχίας δὲ τούτους προσλαβὼν
Ὁ Κορίνθιος, μετὰ Δωριέων κατῴκισεν
Ἀπὸ τ' ὁμόρου λίμνης λαβούσας τὄνομα
Τὰς νῦν Συρακούσας πρὸ αὐτοῖς καλουμένας.
Μετὰ ταῦτα δὲ ὑπὸ Νάξου Λεοντῖνοι τε καὶ
Ἡ τὴν θέσιν τ' ἔχουσι Ῥηγίου πέραν,
Ἐπὶ τόδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ,
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις, ἔχον ὑποικίας.
Πάλιν δ' ὑπὸ τούτων δύο πόλεις Εὔβοια
Καὶ Μύλαι κατῳκίσθησαν ὑπικαλούμενοι.
Εἶθ' Ἱμέρα, καὶ Ταυρομένιον ἐχομένη.
Εἰσὶ δὲ πᾶσαι Χαλκιδεῖς αὗται πόλεις.
Τὰς Δωρικὰς δὲ πάλιν ἀναγκαῖον φράσαι.
Μεγαρεῖς Σελινοῦντ' οἱ Γελῶοι δ' ἔκτισαν
Ἀκράγαντα, Μεσσήνῃ δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου·
Συρακούσιοι δὲ τὴν Καμαρίνην λεγομένην.
Αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν
Πρὸς ἓξ ἔτη καὶ πεντήκοντ' ὠκημένην.
Αὗται μόνον εἰσὶν αἱ πόλεις Ἑλληνίδες.
Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τ' πλισμάτων.

Hoc est:

——— *Post hæc Græcas*
Habuit urbeis; ut ferunt, post bella Troiana
Quintâ decimâ ætate: Theocle classem
A Chalcidensibus accipiente. erat autem hic genere
Atheniensis. conveneruntque, ut fama est,
Iones Doriensesque coloni.
Seditione autem inter eos ortâ, Chalcidenses
Condiderunt Naxum, Megarenses verò Hyblam.
At quod Italiæ à Zephyro objacet, Doriensès
Occuparunt. Hos Archias adsumens
Corinthius, cum Doriensibus condidit eas
Quæ ab contermino stagno accepêre nomen,
Nuncque Syracusæ ipsis dicuntur.
Post hæc à Naxo Leontini, &

Quæ

Quæ ex adverso Rhegii sita est
Ad fretum hoc Siculum
Zancle, Catana, Callipolis, accepêre coloniam.
Rursus verò ab his duæ urbes, Eubœa
Et Mylæ dictæ, conditæ fuerunt.
Dein Himera, & contermina Tauromenium.
Sunt igitur omnes hæ urbes Chalcidenses.
Nunc Doricas etiam enarrare oportet.
Megarenses Selinuntem, Gelenses autem condiderunt
10 *Agrigentum; Messanam verò Iones ex Samo:*
At Syracusani eam, quæ Camarina dicitur.
Ipsi autem hanc sustulerunt è fundamentis rursùm
Sex & quadraginta annis post, quàm condita fuit.
Hæ igitur solummodò sunt urbes Græcanicæ.
Reliqua opida sunt barbarica.

Minimè post primas Græcorum in Siciliâ conditas urbeis Theocles tandem cum classe supervênit: sed ipse dux fuit primæ coloniæ; teste Thucydide, loco suprà scripto; teste item Ephoro apud Strabonem: cuius verba postmodùm in Naxi urbis expositione producemus. Alias itaq; subinde atque alias Græcorum colonias omnem
20 occupasse insulæ oram maritimam, ex Thucydide simul & Diodoro, Marciano, ac Strabone intellectum est. Strabonis verba ex lib. VI suprà citata fuêre ista: οὐδένα ἢ τὴν παράλιον εἶων οἱ Ἕλληνες ἄπειρον. τὴν δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον· ἀλλὰ διεπόλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ, καὶ Σικανοὶ, καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον. id est; *Græci non sinebant quemquam oram maritimam attingere. barbaros tamen è mediterraneo ejicere omnino non valebant. manebantq; ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & nonnulli alii, insulam incolentes.* Fortè *Elymos* intellexit in aliis istis. In universum posteà uno nomine dictos fuisse SICVLOS, è Diodoro didicimus. τὰς δὲ, inquit, ἀποικίας τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο καὶ τὴν Σικελίαν εὐδόκιμοι, καὶ πόλεις τὰς πρὸς θάλασσαν ἐκτίσθησαν. ἀναμιγνύμενοι δ' ἀλλήλοις, καὶ μετὰ πλήθους τῶν καταπλεόντων Ἑλλήνων, τήν τε Σικελικὴν αὐτῶν ἔμαθον, καὶ τῶν ἀγωγαῖς συντραφέντες, τὸ πλοῦτον τῶν βαρβάρων Σικελικὸν ἅμα καὶ τὴν τοῦ ἡγεμονεύειν ἠλάχιστοι, Σικελιῶται προσαγορευθέντες. Hoc est: *Vltimæ hinc coloniæ Græcorum missæ fuêre in Siciliam illustres; urbesq; ad mare sunt conditæ. Per commercia verò horum Græcorum, simulq; eorum, qui frequentes eò navigabant, effectum est, uti & lingvam eorum addiscerent illi, & eodem vitæ more adsumto, tandem barbaram etiam lingvam simul & nomen ipsum mutarent: Siceliotæ dicti.* In universum Σικελιῶται sunt dicti, qui singuli anteà erant *Sicani, Siculi, Morgetes, Elymi*, ac *Græci*. Atque sic deniq; universa insula Græca facta est. Sed discrimen tamen fecisse Græcos inter se & indigenas genteis *Siculos Sicanos*que & reliquos; hos ΣΙΚΕΛΟΥΣ, id est, ut Romani formarunt, SICVLOS; se verò ipsos ΣΙΚΕΛΙΩΤΑΣ, id est, Romano ore, SICILIENSES, vocantes; testatur Constantinus imperator, Themat. imperii orient. lib. II, themate
40 Siciliæ. τῶν δὲ νησιωτῶν, inquit, οἱ μὲν ἰθαγενεῖς πάλαι Λίγυες ἐξ Ἰταλίας, Σικελοὶ λεγόμενοι· οἱ δὲ ἐπήλυδες Ἕλληνες, εἰσὶ Σικελιῶται, ὡς Ἰταλιῶται. id est; *Insulanorum qui sunt indigenæ, quondam Ligures ex Italiâ profecti, dicuntur Siculi: advenæ autem Græci sunt Siceliotæ; ut Italiotæ.* Sed hæc ex Stephano grammatico habuit Constantinus: quem exiguo antè citavit. quidpe apud epitomatorem Stephani hæc leguntur: Σικελία ἡ χώρα καὶ ἡ νῆσος. τὸ ἐθνικὸν Σικελοὶ καὶ Σικελιῶται. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς χώρας, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα· οἱ δὲ ἐπιγενόμενοι, καὶ τὴν χώραν εὑρόντες προκεκληρωμένην, ἐπονομάσθησαν, ὡς ἀπὸ τῆς Φθίας Φθιῶται, οὕτως [ἀπ'] Ἰταλίας καὶ Σικελίας, Ἰταλιῶται, καὶ Σικελιῶται. Hoc est: *Sicilia; regio atque insula. gentilitium, Siculi & Siceliotæ. atque illi quidem ab conditore ac principe regionis; à quo & ipsa regio. advenæ autem, qui terram sic adpellatam invenerunt, denominati sunt, ut à Phthiâ Phthiotæ, sic ipsi ab Italiâ & Siciliâ, Italiotæ & Siceliotæ.* Vtrosque Græcos advenas unâ eâdemque operâ innuere voluit, simul illos qui Italiæ oram obsederunt coloniis suis, simulque hos, qui Siciliam occuparunt. nam utraque tellus à dictis Græcis colonis MAGNA GRAECIA adpellata fuit. Strabo, sub introitum libri VI, de Italicis Græcis loquens: καὶ δὴ ὅλῳ τοσοῦτον ηὐξήθησαν, ὥς τε τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τοῦτον καλεῖν καὶ τὴν Σικελίαν. id est: *Adeóque eorum crevit potentia, ut istâ regio simulque Sicilia Magnæ Græciæ nomine censerentur.* Hinc etiam illud Vlyssis ad Cyclopem, apud Euripidem in fabulâ, quæ hoc nomine inscribitur;

Discrimen inter ΣΙΚΕΛΟΥΣ *&* ΣΙΚΕΛΙΩΤΑΣ, *id est, inter* SICVLOS *&* SICILIENSES.

SICILIA MAGNAE GRAECIAE *pars.*

——— Γῆς γὰρ Ἑλλάδος μυχὸς
Οἰκεῖς, ὑπ' Αἴτνῃ τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.

Id est:

——— *Terræ enim Græciæ recessus*
Habitas, sub Ætnâ, igniferâ rupe.

PHOENICVM *coloniæ in Siciliâ.*

Sed ante Græcorum in Siciliam adventum PHOENICES quoq; nonnulli unà cum Siculis atq; Sicanis parteis insulæ incoluerunt. de quibus ita Thucydidem, dicto lib. VI, loquentem introduximus: Ὤκουν δὲ καὶ Φοίνικες πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰς ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν, τῶν πρὸς τοὺς Σικελούς. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πολέα, Μοτύλη, καὶ Σολόεντα, καὶ Πάνορμον, ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων συνοικίζαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐνθεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. Βάρβαροι μὲν οὖν τοσῆδε Σικελίαν καὶ ἄστως ᾤκησαν. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ, Νάξον ᾤκισαν. Id est: *Phœnices prætereà circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisq; insulis ei objacentibus; negotiandi cum Siculis causâ. At postquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt; relictis plerisq;, Motyam & Soluntem ac Panormum, finitima Elymis opida, sedibus ibi positis unà incoluerunt; freti cùm Elymorum societate, tùm quia exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia distat. Tot igitur numero barbari atque in hunc modum incoluêre Siciliam. Græcorum autem primi Chalcidenses, ex Eubœâ classe profecti, duce coloniæ Theocle, Naxum condiderunt.* At quia ambiguum est vocabulum hoc Φοίνικες, quod modò pro *Phœnicibus*, Asiaticâ gente, modò pro horum colonis *Pœnis* sive *Carthaginiensibus* passim apud rerum auctores positum reperitur: quæstio hinc exorta est, utrum isti Thucydidis in Siciliâ Φοίνικες intelligendi sint in Africâ *Pœni*; an verò *Phœnices* in Asiâ. Marcianus Heracleensis, satis antiquus auctor (quidpe qui CIↃXL annis, ut ipse fatetur, post Troiam captam, CLX circiter annis ante natum Iesum, ad Nicomedem, Bithyniæ regem, περίπλουν suam scripsit) disertè, *Carthaginienseis* fuisse, testari videtur, eos, qui opida illa Thucydidi memorata, Soluntem, Panormum, atq; Motyam, prope Elymos condiderunt. Verba eius, post suprà memoratas Græcorum colonias in Siciliâ urbeisque, hæc sunt:

Αὐτοῖ μόνον εἰσὶν αἱ πόλεις Ἑλληνίδες·
Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.

Id est:

Hæ tantùm sunt urbes Græcanicæ.
Reliqua opida sunt barbarica;
Loca à Carthaginiensibus communita.

Cui consentire videtur Pausanias, dicto loco in Eliacis. οἱ δὲ Φοίνικες, inquit, ἐς Λίβυας στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν· id est; *Phœnices atq; Libyes communi classe in eam venerunt: Carthaginiensiumque sunt coloni.* Verùm Phœnicas Asiaticos intellexisse Thucydidem, disertissimis verbis testatur Diodorus, auctor Siculus, in lib. V. Κατὰ τὴν Λιβύην, inquit, κεῖται μὲν πελαγία νῆσος, ἀξιόλογος μὲν τῷ μεγέθει, κειμένη δὲ κατὰ τὸν Ὠκεανόν· ἀπέχει δὲ πλεῖν ἀπὸ τῆς Λιβύης ἡμερῶν πλείονων, κεκλιμένη πρὸς τὴν δύσιν. * . * . Κατὰ μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἀοίκητος ἦν, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐκτοπισμόν· ὕστερον δ' εὑρέθη διὰ τοιαύτας αἰτίας· Φοίνικες ἐκ παλαιῶν χρόνων συνεχῶς πλέοντες κατ' ἐμπορίαν, πολλὰς μὲν κατὰ τὴν Λιβύην ἀποικίας ἐποιήσαντο, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ Εὐρώπης ἐν τοῖς πρὸς δύσιν κεκλιμένοις μέρεσιν. τῶν δ' ἐπιβολῶν αὐτοῖς κατὰ νοῦν προχωρησάντων, πλοῦτος μεγάλους ἤθροισαν, καὶ τὰ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐπιβάλλοντο πλεῖν, οὓς Ὠκεανὸν ὀνομάζουσι. καὶ πρῶτον μὲν ἐπ' αὐτῇ τῇ κατὰ στήλας πόρῳ πόλιν ἔκτισαν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, οὓς οἴκησαν χερρόνησον προσηγόρευσαν Γάδειρα. Hoc est: *Iuxta Africam permagna quædam in vasto Oceani pelago insula jacet, complurium dierum navigatione ab Africâ in occidentem versùs posita.* Et paullo post: *Cæterùm olim, propter remotiorem à reliquo terrarum orbe situm, incognita fuit. sed hac tandem occasione reperta: Phœnices à vetustissimis inde temporibus frequenteis mercaturæ gratiâ navigationes instituerunt. quo factum, ut multarum in Africâ coloniarum, nec paucarum in his Europæ partibus, quæ ad occidentem vergunt, auctores fierent. Quumque incepta ex animi sententiâ cederent; magnis ditati opibus, extra quoq; columnas Herculis in mare Oceanum excurrerunt. Ac primùm juxta ipsum quod ad columnas est fretum, in Europâ posuêre urbem; quam, quia in peninsulâ erat sita, Gadeis nuncuparunt.* Et eodem libro posteà; de argenti metallis in Pyrenæis montibus loquens:

Τῆς

τῆς ἢ τάτε χρείας ἀγνοεμένης τοῦδε τοῖς ἐγχωρίοις, τὰς Φοίνικας Φασὶν, ἐμπορίαις χρωμένους, καὶ τὸ γενόμενος μαθόντας, ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικροῦ τινος αἰλιδόσεως ἄλλων φορτίων. διὸ δὴ τὰς Φοίνικας μεταπορεύεσθαι εἰς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τἆλλα πάντα ἔθνη, μεγάλους τοιεῖν πλούτους. ὅθεν τοσοῦτος ἢ τὰς ἐμπόρους διαβῆναι τὴν Φιλοκερδίαν, ὥστε ἐπειδὰν, καταγόμενον τὰ πλοῖον, τοιεῖν πολὺς ἄργυρος, ἐκκόψειν τὰ ἐν τοῖς ἀγκύραις μόλιβδον, καὶ ἐκ τοῦ ἀργύρου τὰ ἐκ τοῦ μολίβδου χρείαν ἀλλάττεσθαι. διόπερ ὅθεν πολλοὺς χρόνους οἱ Φοίνικες διὰ τὰ τοιαύτης ἐμπορίας ὅθεν πολὺν λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τοῖς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς συνεγγυς ταύτῃ νήσους, τοῖς δὲ εἰς τὴν Λιβύην, καὶ Σαρδόνα, καὶ τὰ Ἰβηρίαν. Id est: *Eius usus quum incompertus esset incolis; Phœnicas aiunt mercatores, re cognitâ, exiguæ permutatione mercis illud redemisse; eiusque in Græciam Asiamque & cunctas genteis alias transportatione magnas sibi comparasse opes: atque eò quæstus studio provectos: ut, quum, refertis navibus, multum adhuc argenti superesset, plumbo in ancoris exciso, argento eius usum explerent. Ex hac igitur negotiatione per multum temporis opulentiores facti Phœnices, multis post annis colonias non paucas in Siciliam & vicinas ei insulas, in Africam item & Sardiniam, Hispaniamque miserunt.* Carthaginienseis quidem extra columnas Herculis sive fretum Gaditanum mercimonii causâ navigasse, auctor est Plinius, lib. II, cap. LXVII, his verbis: *Hanno, Carthaginis potentiâ florente, circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto. sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco.* De Himilcone testis etiam est Festus Avienus, in descriptione oræ maritimæ. Verùm merceis suas in Græciam atque Asiam vænum deportasse Carthaginienseis, nusquàm legitur. proinde de Asiaticâ gente Phœnicibus, studio mercaturæ vetustissimo plerisque auctoribus celebratissimis, illa Diodori verba intelligenda sunt. In eamdem mentem de Phœnicum coloniis scribit & Strabo lib. XVII: Κτίσμα δ' ἐστὶν ἡ Καρχηδὼν τῆς Διδοῦς, ἀγαγούσης ἐκ Τύρου λαόν. ὅτω δ' εὐτυχὴς ἡ ἀποικία τοῖς Φοίνιξιν ὑπῆρξε καὶ αὕτη, καὶ ἡ μέχρι τῆς Ἰβηρίας τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς ἔξω σηλῶν, ὥστε καὶ τὴν Εὐρώπης ἐπὶ νυῦ τὴν δρίζω νέμονται Φοίνικες καὶ τὰ ἤπειρον, καὶ τὰς προσεχεῖς νήσους· τήν τε Λιβύην κατοικίζαντο πᾶσαν, ὅσην μὴ νομαδικῶς οἶον τ' ἦν οἰκεῖν. Id est: *Carthaginem condidit Dido, à Tyro colonis eò deductis. Atque adeò benè Phœnicibus cessit cùm hæc colonia, tum ea, quam in Hispaniam miserunt, simulque ea quæ extra columnas posita est; ut ad hæc usq; tempora optimam Europæ partem, cùm in continenti complura loca, tùm adjacenteis insulas incolant; Africamq; sibi omnem subjecerint, quam incertis sedibus vagantes homines habere haud poterant.* Vrbem *Tartessum* intelligit in Hispaniæ continenti, & insulas ei objacenteis *Gymnesias*. sic enim lib. III: Πρὸς μὲν δὴ τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ Ταρτήρου μυθοποιίας αἰνίττοιτό τις ἂν τῶν τόπων μνήμην τοῦ Ταρτησσόν. πρὸς ἢ τὸ βέλτιον ἐκ τούτων· εἴ τι γὰρ Ἡρακλέους στρατιὰ μέχρι δεῦρο προελθοῦσα καὶ τοῦ Φοινίκων, ἐπέγραφεν αὐτῷ πλοῦτον ἅμα καὶ ῥαθυμίαν τῶν ἀνθρώπων· ἔτι γὰρ Φοίνιξιν οὕτως ἐνῆν ἐπιχείρησις, ὡς τὰς πλείους τῶν ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ πόλεων, καὶ τὸ πλησίον τόπων ὑπ' ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι. Hoc est: *Ergo ex minùs commodè dictis, nempe Tartari figmento, existimârit aliquis, Tartessum Homero notam fuisse. rectiùs autem ex his: Nempe & Herculis & Phœnicum expeditio, huc progressa, significavit Homero opes & socordiam hominum. ita enim in potestatem Phœnicum venerunt, ut pleræque Turditaniæ urbes, atq; his contermina loca, etiamnunc ab iis habitentur.* Et eodem libro infrà; de *Gymnesiis* sive *Balearibus insulis* loquens: Σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται. καὶ τοῦτ' ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξότε Φοίνικες κατέχον τὰς νήσους. Id est: *Funditores sunt optimi. aiuntque, eam artem eos magnoperè summoq; cum studio exercuisse, ex quo tempore Phœnices eas insulas occuparunt.* De *Gadibus* autem, extra fretum insulâ atque urbe, haud multo pòst ita: Περὶ δὲ τῆς κτίσεως τῶν Γαδείρων τοιαῦτα λέγεται· μέμνηται Γαδιτανοὶ χρησμοῦ τινος, ὅν τινα γενέσθαι φασὶ Τυρίοις, κελεύοντα ὅθεν τὰς Ἡρακλέους στήλας ἀποικίαν πέμψαι. Id est: *De Gadium conditu talia feruntur: Memorant Gadani oraculum, Tyriis datum, quo jubebantur ad columnas Herculis coloniam mittere.* Ex hactenus igitur citatis quàm clarissimè patet, eosdem *Phœnicas Tyrios*, qui Gadeis & Tartessum Gymnesiarumq; insularum urbeis condiderunt, etiam in Siciliam, negotiandi cum Siculis gratiâ, colonias, jam ante Græcorum in eam insulam adventum, deduxisse. Huc jam adde, quæ Diodorus tradit dicto lib. V, his verbis: τῆς Σικελίας ἐκ τοῦ καθ' μεσημβρίαν μέρους νῆσοι κεῖνται πελάγιοι· καὶ τούτων ἑκάστη πόλιν ἔχει καὶ λιμένας δυναμένους τοῖς χειμαζομένοις σκάφεσι παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν· καὶ πρώτη μὲν ἐστιν ἡ προσαγορευομένη Μελίτη, τοῦ Συρακουσῶν ἀπέχουσα σταδίους ὀκτακοσίους, καὶ λιμένας ἔχει πολλοὺς καὶ διαφέρους τοῦ εὐχρηστίαις· τοὺς δὲ κατοικοῦντας τοῦ ἐσθῆσι εὐδαίμονας· τεχνίτας τε γὰρ ἔχει πανοδαπὰς τοῦ ἐργασίαις, κεραμέας δὲ τοὺς ὀστρακοποιοῦντας τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαφέρειν· ὡς τε οἰκίας ἀξιολόγους καὶ κατασκευασμένας φιλοτίμως γείσωσις καὶ κονιάμασι πεποιηκέναι.

πορον. ἔστι δὲ νῆσος αὕτη Φοινίκων ἄποικος, οἱ ταῖς ἐμπορίαις διατείνοντες μέχρι τῶν κατὰ τὴν δύσιν Ὠκεανῶν, καταφυγὴν εἶχον ταύτην, ὅλιμενον οὖσαν, καὶ κειμένην πελαγίαν. διὰ ἣν αἰτίαν οἱ καταικοῦντες αὐτὴν ἀνεπηρέμνοι κατὰ πολλὰ διὰ τὰς ἐμπορίας, τάχυ τοῖς τε βίοις ἀνέδραμον, καὶ ταῖς δόξαις ηὐξήθησαν. μετὰ δὲ ταύτην τὴν νῆσον ἐστὶν ἑτέρα, τὴν μὲν εὐσημερίαν ἔχουσα γαύλου, πελαγία δὲ καὶ λιμένσιν ἀκαίροις κεκοσμημένη, Φοινίκων ἄποικος. Hoc est: *Siciliæ à meridie insulæ medio in pelago objectæ sunt, quarum quælibet urbem habet & portus, qui tutos navibus tempestate jactatis receptus præbent. Prima vocatur Melita; 1 0 C C C stadia à Syracusis dissita; portubusque admodùm commodis instructa. Incolæ opibus abundant. variorum enim operum artifices habet: inter quos excellunt, qui lintea insigni subtilitate ac mollitie texunt. Domus illic sunt perpulcræ, suggrundiis & albario opere magnificenter exornatæ. Cæterùm insula hæc est* 10 *colonia Phœnicum. qui, quum negotiationes suas ad Oceanum usque occidentalem extenderent, refugium in hanc insulam, ob portuum commoditatem & in profundo mari situm, habebant. quæ causa fuit, ut loci eius habitatores mercatorum beneficio statim & opibus augerentur & nomine inclarescerent. Post hanc altera est, quæ Gaulus adpellatur, in alto pelago & ipsa; portuumq; commoditate præstans; à Phœnicibus primùm frequentata.* Eosdem eum intelligere *Phœnicas*, qui, à Tyro profecti, Gadeis condiderunt, ex situ *Melitæ insulæ*, quæ vulgò nunc dicitur *Malta*, maximè claret. nam Carthago Gadibus erat propinquior, quàm Melita. nihil igitur hoc receptaculo, ultra Carthaginem sito, opus habebant Carthaginienses. At Tyriis Phœnicibus, à Tyro ad Columnas & Gadeis navigantibus, in medio erat sita itineris cursu. Atque hoc jam est, quod Thucydi- 20 des ait, τὲς Φοίνικας ἀεὶ πᾶσαν οἰκεῖν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τὰ ὄπτι τῇ θαλάσσῃ ἀποτελοῦντες καὶ τὰ ὄπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῶν πρὸς τὲς Σικελές· id est; *Phœnicas habitare circa omnem Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, insulisque parvis ei objacentibus, negotiandi causâ cum Siculis.* Et ipse Diodorus, loco suprà scripto: Διόπερ ὄπτι πολλὲς χρόνες οἱ Φοίνικες, διὰ τὴν τοιαύτης ἐμπορίας ὄπτι πολὺ λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς σύνεγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν Λιβύην, καὶ Σαρδόνα, καὶ τὴν Ἱσπανίαν. hoc est; *Ex qua negotiatione per multum temporis opulentiores facti Phœnices, multis posteà annis colonias non paucas in Siciliam & vicinas ei insulas, in Africam item & Sardiniam Hispaniamque miserunt.* Sed & scholiastes Thucydidis, verbis satis disertis, quamvis hodiè sint mutila, τῶν Φοινίκων in Siciliâ originem non à Carthagine deducit; sed ex ipsâ Phœni- 30 ciâ. Ὁμοῦ μὲν, inquit, διὰ τὲς Ἐλύμους, ὄντας φίλους, καὶ οἰκοῦντας αὐτόθι, ὅπως συμμαχοῖντο· ὁμοῦ δὲ διὰ Καρχηδονίους, οἵτινες ὂν Φοινίκης ὄντες πανέκαθεν, τοῖς μεσημβρινοῖς τῆς Σικελίας . . . . . [deest aliquid.] Hoc est: *Simul ob Elymos, qui amici eorum erant, & circa eadem loca habitabant; uti sibi auxiliarentur: simulq; ob Carthaginienseis, qui originem ducentes è Phœniciâ, meridionalibus Siciliæ partibus* [fortè, *haud procul aberant:* vel *oppositi erant.*] Colonias autem cùm in Siciliam, tùm in Melitam atque Gaulum Phœnices deduxisse sub idem tempus, quo in Hispaniam atq; Gadeis, id est, postquàm ex argenti Pyrenaici mercimonio opulentiores facti; patet ex suprà scriptis Diodori verbis. Gadeis autem ante Homeri ætatem fuisse conditas, Strabonis est sententia dicto lib. III.

HOMERI ætas.

Ὅμηρος, inquit Herodotus in vitâ eius, γέγονε τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξηκοντοκτώ. 40 id est; *Homerus* C L X V I I I *post Troianum bellum annis exstitit.* Quod heic Herodotus ait τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, plerique rerum scriptores dicunt ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν, & ἀπὸ τῆς ἁλώσεως τῆς Τροίας, sive τῆς Ἰλίου· item, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας, sive Ἰλίου· id est; *A bello Troiano; à Troiâ captâ, sive ab Ilio capto:* item, *post Troianum bellum; post captam Troiam; post captum Ilium.* Non est igitur, quòd C L X V I I I illos annos Herodoti velis numerare à primo Troianæ expeditionis anno; quando hæc computatio nemini auctorum, quod equidem meminerim, usitata est. Hinc Agellius, lib. XVII, cap. XXI, *De Homero*, inquit, *& Hesiodo inter omneis ferè scriptores constitit, ætatem eos egisse vel isdem ferè temporibus, vel Homerum aliquanto antiquiorem: utrumque tamen ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus; annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium de Homero atq; Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta; ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta.* A captâ Troiâ ad Romam conditam C C C C X X X I I numerantur anni; ut suprà dictum. his C L X V I I I illos post captam Troiam, & item C L X ante Romam conditam si demas; vixisse Homerus C I I I I annos deprehenditur. nam numerum istum C L X annorum de exitu eius intelligendum esse, patet ex Solino; qui cap. X L I I I, *Smyrna*, inquit, *unde præcipuè nitet, Homero vati patriâ exstitit: qui*

post

post Ilium captum anno ducentesimo septuagesimo secundo humanis rebus excessit: Agrippâ Silvio, Tiberini filio, Albæ regnante; anno ante Vrbem conditam centesimo sexagesimo. Anni igitur inter Siculorum in Sicaniam insulam trajectum & nativitatem Homeri sunt CCLVIII. quo temporis spatio Phœnices in Siciliam & Melitam Gaulumque & Gadeis insulas colonias suas deduxerint. Ex suprà scriptis Strabonis verbis, quæ sunt lib. XVII, disertè patet, post felicem tandem conditæ Carthaginis successum misisse Tyrios colonias in alias quoque regiones; *Hispaniam* scilicet, *Gadeis*, *Balearides insulas*, &, quas Diodorus addit, in *Siciliam* atque *Sardiniam*. Carthaginis itaque ortus dispiciendus est. Hic varius à variis traditur auctoribus. nos præcipua colligemus. Eusebius in Chronico; anno ante captum Ilium XXXI: [Τούτῳ τῷ ἔτει] Καρχηδόνα φησὶ φίλις Θ κτισθῆναι ὑπὸ Ἐζώρου καὶ Καρχηδόνος, τῶν Τυρίων. id est; [*Hoc anno*] *Carthaginem* [sive *Carchedonem*] *ait Philistus conditam ab Ezoro & Carchedone, Tyriis.* At Appianus, in exordio statim rerum Punicarum; Καρχηδόνα, inquit, τὴν ἐν Λιβύῃ, Φοίνικες ᾤκισαν, ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ Ἀλώσεως Ἰλίου. οἰκισθεὶς δ' αὐτῆς ἐγένετο Ξῶρός τε καὶ Καρχηδών· ὡς δὲ Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοὶ Καρχηδόνιοι νομίζουσι, Διδὼ, γυνὴ Τυρία, ἧς τὸν ἄνδρα κατέκτανε Πυγμαλίων, Τύρου τυραννοῦντος. Id est: *Carthaginem in Africâ Phœnices condiderunt, annis* L *ante captum Ilium. Conditores fuêre Xorus & Carchedon: ut autem Romani ipsiq; Carthaginienses existimant, Dido, mulier Tyria; cuius maritum Pygmalion, Tyri tyrannus, interfecerat.* Prædictus Eusebius; anno post captam Troiam CXXXVI: Καρχηδὼν ἐκτίσθη ὑπὸ Καρχηδόνος καὶ Τυρίου· ὡς ἄλλοι, ὑπὸ Διδοῦς, καὶ ἐκείνου θυγατρὸς, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσι ρλγ. hoc est; *Carthago condita est ab Carchedone Tyrio: ut verò alii, à Didone, illius filiâ, post Troianum bellum annis* CXXXIII. Ita equidem legitur hæc annorum summa apud Eusebium; quamquàm reperiantur anni omni numero CXXXVI. Ibidem in Latinâ Hieronymi versione anno XXXI pòst, id est, à Troiâ captâ anno CLXVII: *Carthago, secundùm nonnullos, condita à Didone. Alii suprascriptum tempus vindicant.* Iosephus, contra Appionem: Ἐν τούτοις [Φοινίκων γράμμασι] γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶντος καὶ βασιλέως, ἔτεσι θαῦτον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶ καὶ μηνὶ ὀκτὼ καὶ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα. Id est: *In his* [*Phœnicum literis*] *scriptum est, in Hierosolymis conditum esse templum à Salomone rege, annis* CXLIII *&* VIII *mensibus priùs, quàm Tyrii Carthaginem condiderint.* Templum Salomonis colligitur ædificatum CLXVI annis post captam Troiam. quibus si addas CXLIII, erit Carthaginis annus CCCIX à Troiâ captâ. Solinus; cap. XXX: *Carthagini auctor est à Tyro populus. Sed quæ super Carthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Vrbem istam, ut Cato in oratione senatoriâ autumat, quum rex Hiarbas rerum in Libyâ potiretur, Elissa* [fortè *Dido*] *mulier exstruxit, domo Phœnix; & Carthadam dixit: quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam. mox, sermone verso in morem Punicum, & hæc Elissa, & illâ Carthago dicta est. quæ post annos septingentos triginta septem exciditur, quàm fuerat exstructa. deinde à C. Graccho colonis Italicis data; & Iunonia ab eo dicta: aliquantisper ignobilis, humili & langvido statu; demum in claritatem secundæ Carthaginis, interjectis centum & duobus annis, M. Antonio & P. Dolobellâ consulibus, enituit; alterum post urbem Romam terrarum decus.* Anni IOCCCXXXVII & CII in universum sunt IOCCCXXXVIIII. qui numerus incidit in annum post Troiam captam CCCXXIII. nam à Troiâ captâ ad conditam Romam anni, ut suprà dixi, sunt CCCCXXXII. à Româ conditâ ad consulatum M. Antonii & P. Dolabellæ, quo anno I. Cæsar, V consul, Idibus Martiis interfectus est, sunt anni CCCCVII. Prædictus Hieronymus, anno à captâ Troiâ CCCXXXII: *Carthaginem hac ætate quidam conditam putant. Alii, ut suprà memoravimus.* Iustinus, lib. XVIII: *Condita est Carthago* LXXII *annis antè, quàm Roma.* id est; post Troiam captam anno CCCLX. Dionysius Halicarnassensis, lib. I; ubi de conditu Romæ differit: Τίμαιος ὁ Σικελιώτης, οὐκ οἶδ' ὅτῳ καινῷ χρησάμενος, ἅμα Καρχηδόνι κτιζομένῃ γενέσθαι φησὶν, ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ πρότερον ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. Id est: *Timæus Siculus, nescio qua regulâ usus, id simul cum Carthagine conditâ factum tradit, anno ante primam Olympiadem* XXXVIII: id est, post Troiam captam CCCLXX. Velleius, lib. I: *Hoc tractu temporum, ante annos* V *&* LX, *quàm urbs Roma conderetur, ab Elissa Tyriâ, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur.* id est; post Troiam captam anno CCCLXVI. At eodem libro infrà, *Carthago*, inquit, *diruta est, quum stetisset annis* CLXVII, *C. Cornelio Lentulo, L. Mummio, consulibus.* Secundùm hanc computationem condita fuerit anno post excisum Ilium CCCLXXV. Sed usitatum est Velleio in computationibus temporum errare.

CARTHAGO quando condita.

errare. At, quo faciliùs hactenus de Carthaginis ortu dicta intelligantur, universos numeros in tabulam ac sub unum oculi conspectum conjiciamus. Carthaginem igitur conditam tradidêre varii auctores variis hisce temporibus:

Ante bellum Troianum:

Appianus	*anno*	L.
Philistus		XXXI.

Post bellum Troianum:

Eusebius		CXXXVI.
Hieronymus		CLXVII.
Phœnices		CCCVIIII.
Solinus		CCCXXIII.
Hieronymus	*anno*	CCCXXXII.
Iustinus		CCCLX.
Velleius		CCCLXVI.
Timæus		CCCLXX.
Velleius		CCCLXXI.

Quòd si Carthago ante bellum Troianum condita fuit; ut voluerunt Philistus & Appianus: Phœnices certè sub eamdem & ipsi ætatem colonias in Siciliam deduxêre, qua Siculi eam invasêre. Sin verò ipsis Phœnicibus credendum; quorum fides potissima esse debebat; ut qui Carthaginem coloniam misêre: Phœnices illi in Siciliam venêre CXXX annis antè, quàm Græci primas colonias eò deduxêre. Sed falsa heic jam erit opinio Strabonis; qui ante Homerum, id est, ante annum post Troiam captam CCLXXII, Tartessum, Phœnicum coloniam, conditam opinatur. Sanè, ut verum fatear; quidquid tu vel ego de ortu Carthaginis disputemus, res planè mansura est in incerto; quando nulli duo, nedum plures, inter se consentiunt scriptores antiqui. Ac Strabonis mera erat atque lubrica conjectatio, nisi simul pro ipso simulque pro Philisto & Appiano facere videretur magnum illud documentum, quod est in Phœnodamantis, Crimisi, nobilis Troiani, filiabus; quæ, à Laomedonte rege mercatoribus traditæ, in Siciliam avectæ fuêre. Δίδωσι αὐταὶς, inquit Dionysius, dicto lib. I, ἐμπόροις, ὡς προσωπάτω κελεύσας ἀπάγειν. ταύτας ἀπιούσας συνεκπλεῖ μειράκιόν τι τῶν ἐπιφανῶν, κρατούμενον ἔρωτι τῆς ἑτέρας, καὶ γαμεῖ τὸν παιδίσκον, ἀχθεῖσαν εἰς Σικελίαν. id est; *Dedit eas mercatoribus, præcipiens iis, uti absportarent in terras longinquissimas. Has abeunteis adolescens quidam, nobili genere natus, in eâdem navi comitatur: alterius amore captus. puellamque, in Siciliam advectam, ducit conjugem.* Et Lycophron, in Alexandrâ:

Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τρεῖς πλᾶς
Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμηστοῖς βορὰν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον Λαιστρυγόνων.

Hoc est:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram;
Errones eò delati, ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phœnodamantis filias,
Procul exponendas feris crudelibus,
Progressas in occidentalem Læstrygonum terram.

Ad quæ ita Tzetzes: ὁ δὲ Λαομέδων, μηνιῶν τῷ Φοινοδάμαντι, ἔδωκε θυγατέρας ἐκείνου ναύταις ἐν Σικελίᾳ, θηρίοις βορὰν. hoc est; *Laomedon, iratus Phœnodamanti, treis eius filias dedit nautis Siciliensibus, feris pro pabulo exponendas.* En; quos Dionysius vocat ἐμπόρους, id est, *mercatores*, Tzetzes, ex antiquorum monumentis haud dubiè hanc promens historiam, adpellat ναύτας ἐν Σικελίᾳ, id est, *nautas, qui in Siciliâ versantur*; sive *nautas Siciliensis*: non autem Σικελοὺς, *Siculos*. Hi igitur *nautæ* sive *mercatores Siciliense*s sanè nulli

nulli alii fuêre, quàm Φοίνικες, ut inquit Thucydides, τῆς ἐμπορίας ἕνεκεν, τῆς πρὸς τοὺς Σικελοὺς, ἄκρας τῆς Σικελίας καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια οἰκοῦντες· id est; *Phœnices, negotiandi cum Siculis gratiâ extremas Siciliæ parteis, insulasq; parvas eidem objacenteis incolentes*. At illud de Phœnodamantis filiabus ante Troianum bellum factum est. Hæc igitur historia si non est fictitia; certè Carthago, ut Philisti atque Appiani est opinio, ante bellum Troianum fuit condita. protinusque sub idem tempus in Siciliam quoque coloniæ à Phœnicibus & in Melitam Gaulumque insulas deductæ fuêre.

Ἐπειδὴ δὲ, ut inquit loco suprà scripto Thucydides, οἱ Ἕλλωνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπλέον, ὁρμιζόντες [οἱ Φοίνικες] τὰ πλεῖστα, Μοτύαν καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίστει τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. id est; *Postquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt, plerisque relictis, Motyam, Soloentem, atque Panormum, sedibus ibi positis, unà incoluerunt; freti, cùm Elymorum societate, tùm quòd exiguo illinc in Carthaginem trajectu Sicilia distat*. Primos Græcorum anno post Troiam captam CCCCXLVIII trajecisse in insulam, suprà ostensum est. ab eo igitur tempore Græci cum Phœnicibus armis perpetuò contenderunt super Siciliâ; donec omni eos orâ maritimâ, quam anteà tenuerant, pellerent; exceptis prædictis opidis, *Solento, Panormo*, & *Motya*. quorum hoc, olim inter Lilybæum ac Drepanum situm, totum interiit: reliqua duo hodiéque exstant; vulgò *Palermo* & *Solanto* dicta. Hinc illud Strabonis, dicto lib. VI: Ἦσαν τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, οἱ δ' ἐκ τῆς περαίας ἐπήεσαν. οὐδένα δὲ τῶν Γαλλίας εἴων οἱ Ἕλλωνες ἅπτεσθαι, τῶν δὲ μεσογαίας ἀπειργὴν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον· ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ, καὶ Σικανοὶ, καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον. Id est: *Barbarorum alii tum erant incolæ, alii ex oppositâ terrâ invadebant. & Græci quidem non sinebant quemquam oram maritimam attingere; ex mediterraneis tamen omnino eos ejicere non valebant. manebantque ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & alii nonnulli, qui insulam incolebant*. Præter nominatos *Siculos, Sicanos* atque *Morgetes, alios* illos *nonnullos* intelligit *Phœnicas* atque *Elymos: immigranteis* autem *ex oppositâ continenti, Carthaginienseis*. qui auxilio quum venirent contra Græcos consangvineis suis *Phœnicibus*; cum his συνῴκισαν, ut inquit Thucydides, id est, κοινῇ ᾤκισαν, *unà condiderunt*, sive *unà incolis frequentarunt Motyam, Solentum Panormum*; ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων, *prope Elymos*: quorum opida fuêre Entella, Aegesta, Eryx. ubi ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν τῆς Σικελίας ἀπεῖχεν, id est, *exiguo trajectu Carthago ab Siciliâ distabat*. Hinc jam illud Pausaniæ in Eliacis; ubi perperam *Pachynum* nominat *promontorium*, quod erat *Lilybæum*. Ἔστι δὲ, inquit, κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ, τὴν τετραμμένην ὅπῃ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. *. Οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν. Id est: *Ad Pachynum, Siciliæ promontorium, quod in Africam & austrum vergit, urbs est Motya; quam Afri ac Phœnices habitant*. Et mox: *Phœnices atque Afri communi classe in insulam venerunt: Carthaginiensiumque sunt colonia*. En; κοινῷ στόλῳ, inquit; id est, *communi classe*. ergo non unam solam gentem Pœnorum Carthaginiensium intellexit; sed binos populos; Phœnicas scilicet ex Asiâ, & Pœnos sive Carthaginienseis ex Libyâ, sive Africâ. Quamquàm non κοινῷ στόλῳ ἐς νῆσον ἀφίκοντο, id est, non *communi classe in insulam* uno eodemque tempore *pervenerunt*: sed κοινῷ στόλῳ συνῴκισαν, id est, *communibus copiis communique expeditione condiderunt*, sive *incolis frequentarunt* prædictas urbeis. Potior tamen jam tum videtur fuisse pars in eis à Carthagine missi coloni. hinc enim τῶν Καρχηδονίων ἀποικίαι, id est, *Carthaginiensium coloniæ* fuerunt dictæ. Atque hæc tandem ratio est, cur suprà dictus Marcianus Heracleensis in Orbis circuitu ita scripsit:

CARTHAGINENSIVM *prima in Siciliâ arma & coloniæ.*

Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πλισμάτων,
Καρχηδονίων ἐκτισάντων τοὺς τόπους.

Id est:

Reliqua opida sunt barbarica;
Loca à Carthaginiensibus communita.

Erravisse heic videtur Antiochus Syracusanus; *Motyam* à Gnidiis conditam adfirmans. qua de re ita scribit Pausanias in Phocicis: Οἱ δὲ Λιπαραῖοι ὅτι Κνιδίων μὲν ἦσαν ἄποικοι, τὸν δὲ ἀποικίας ἡγεμόνα γενέσθαι φασὶν ἄνδρα Κνίδιον· ὄνομα δὲ εἶναί οἱ Πέντηθλον, Ἀντίοχος Ξενοφάνους Συρακούσιος ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ φησι. λέγει δὲ καὶ ὡς ὅπῃ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν, αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες· τὰς νήσους

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

νήσους δὲ ἔχον ἐρήμους ἔτι οἱ ἀναστήσαντες σὺν ἐνοικήσαντας· ἃς ἐ καὶ τὰ ἔπη τὰ Ὁμήρεια Αἰόλου ἐς ἡμᾶς ἔτι ὀνομάζουσιν. Hoc est: *Liparenses Cnidiorum colonia fuerunt. cuius ducem hominem Cnidium Pentathlum nomine fuisse, Antiochus Syracusanus, Xenophanis filius, in Siciliensi historiâ scriptum reliquit. Ait etiam, Cnidios ex eâ urbe, quam ad Pachynum Siciliæ promontorium condiderant, ab Elymis ac Phœnicibus bello pulsos, insulas vacuas tenuisse, ejectis prioribus colonis; quæ ex Homericis versibus ad hanc nostram ætatem usque Æoli nuncupantur.* Omnino mihi persvadeo, intellexisse Antiochum Motyam, apud Lilybæum promontorium sitam. nam eâdem de causâ Pausanias etiam, loco suprà scripto, dixisse videtur, οἰκοῦσιν δὲ αὐτὴν Λίβυες ἐ Φοίνικες· id est; *inhabitant eam Afri atque Phœnices:* non verò ᾤκισαν αὐτὴν, id est, *condiderunt eam*. neque alia heic umquàm urbs memoratur antiquis auctoribus. nam Lilybæum opidum postmodùm à Carthaginiensibus conditum fuit; Motyâ à Dionysio dirutâ. Verùm enimverò, quamcumque urbem intellexerit Antiochus; certè Diodorus historiam istam de Pentathlo & Cnidiis longè aliter refert. Verba eius, lib. v, sunt hæc: Μετὰ δὲ πολλοῖς ἔπειν ὕστερον, πάλιν τῶν νήσων ἐξερημωθέντων ἀεὶ καὶ μᾶλλον, Κνίδιοί τινες καὶ Ῥόδιοι δυσαρεστήσαντες τῇ βαρύτητι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων, ἔγνωσαν ἀποικίαν ἐκπέμπειν. διόπερ προηγησάμενοι σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα Πένταθλον τὸν Κνίδιον, καὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. οἱ δὲ εὐθὺ τὸν Πένταθλον πλεύσαντες τῆς Σικελίας εἰς τὸν κατὰ Λιλύβαιον τόπους, κατέλαβον Αἰγεστῆς καὶ Σελινουντίοις διαπολεμοῦντας πρὸς ἀλλήλους. πεισθέντες δὲ τοῖς Σελινουντίοις συμμαχεῖν, πολλὸς ἀπέβαλον καὶ τὴν μάχην, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Πένταθλος. διόπερ οἱ περιλειφθέντες, ἐπειδὴ κατεπολεμήθησαν οἱ Σελινούντιοι, διέγνωσαν ἀπέναι πάλιν ἐπ' οἶκον. ἐλόμενοι δὲ ἡγεμόνας τοὺς οἰκείους τοῦ Πενταθλοῦ, Γόργον καὶ Θέστορα καὶ Ἐπιθερσίδην, ἀπέπλεον διὰ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. προσπλεύσαντων δ' αὐτῶν τῇ Λιπάρᾳ, καὶ φιλοφρόνως ὑποδοχῆς τυχόντων, ἐπείσθησαν κοινῇ μετὰ τῶν ἐγχωρίων κατοικῆσαι τὴν Λιπάραν, ὄντων ἀπ' Αἰόλου περιλειφθέντων ὡς πεντήκοντα. Id est: *Multos post annos quum iterum magis magisq; à cultoribus insulæ destituerentur, accidit, ut Cnidiorum Rhodiorumque nonnulli, asperitatem regum Asiaticorum pertæsi, coloniæ deducendæ consilium inirent. Creato igitur ad hoc duce Pentathlo Cnidio, in Siciliam transvecti, ad Lilybæum adpulerunt, Olympiade L. Bellum tum fortè Aegestani ac Selinuntii inter se gerebant. In societatem igitur Selinuntiorum pellecti, multos in prælio, & inter hos Pentathlum ipsum, amiserunt. Victis itaque bello Selinuntiis, superstites domum reverti cogitabant. ducibusque è propinquis Pentathli, Gorgo ac Thestore & Epitherside, delectis, per Tyrrhenum mare cursum instituebant. Ad Liparam ergo delati, quum per benignè exciperentur, facilè, ut habitandi cum incolis quorum vix 10 ab Aeolo superstites erant, persvasi fuerunt.* Illa Antiochi vera si foret historia; colligere inde daretur, Olympiade demum L, id est, circa annum ante natum Iesum 10 LXXX, Carthaginienseis unà cum Phœnicibus Siciliensibus prædictas treis urbeis condidisse, vel jam anteà conditas incolis frequentasse. ambigua quidpe est vox illa Thucydidis συνοικίζειν, utrumque significans. neque ex alio quopiam scriptore rem ipsam investigare datur. nec vocabula quidem Græca in reliquis duabus, Πάνορμος & Σολόεις, quidquam certi adstruunt; quando, vulgatissimo, ut supra ostensum, gentis more, accolæ Carthaginiensium Græci vocabula Punica in suam lingvam convertisse potuerunt.

Cæterò, postquàm dictas colonias Carthaginienses unà cum Phœnicibus Siciliensibus in Siciliâ constituerunt, factum inde est id, quod proximè perscripto sermoni subjungit Strabo his verbis: Ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι, καὶ τούτους [σὺν βαρβάροις] οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας. ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακόσιοι. hoc est: *Supervenientes Carthaginienses, nullum neque barbaros neque Græcos infestandi finem fecêre. quamquàm Syracusani adversùm eos perduraverunt.* Et Iustinus lib. IIII: *Sicilia à principio patria Cyclopum fuit. quibus exstinctis, Cocalus regnum insulæ occupavit. post quem singulæ civitates in tyrannorum imperium concesserunt: quorum nulla terra feracior fuit.* Et mox: *Imperium Siciliæ etiam Carthaginienses tentavêre: diuque variâ victoriâ cum tyrannis dimicatum.* Item lib. XVIII; de Carthagine loquens: *Condita est urbs hæc LXXII annis antè, quàm Roma. cuius virtus, sicut bello clara fuit, ita domi status variis discordiarum casibus agitatus est.* Exiguo post: *Quum in Siciliâ diu feliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, amissâ maiore exercitus parte, gravi prælio victi sunt. Propter quod ducem suum Mazeum, cuius auspiciis & Siciliæ partem domuerant, & adversùs Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, quæ superfuerat, exsulare jusserunt. Quam rem ægrè ferentes milites.* Posteà: *conscensis navibus, armati ad urbem veniunt.* Mox: *Prohibitis commeatibus, obsessâque urbe, in summam desperationem*

rationem Carthaginienſeis adduxerunt. Tandem: *Poſt paucos deinde dies Carthaginem [Mazeus] capit. evocatoq; populo ad concionem, exſilii injuriam queritur; belli neceſſitàtem excuſat. contentumque victoriâ ſuâ, punitis auctoribus miſerorum civium, injuriâſi exſilii omnibus ſe veniam dare, dicit. Atque ita decem ſenatoribus interfectis, urbem legibus ſuis reddidit. Nec multo pòſt ipſe adfectati regni accuſatus, duplicis & in filio & in patriâ parricidii pœnas dedit. Huic Mago imperator ſucceſſit. cuius induſtriâ & opes Carthaginienſium & imperii fines & bellicæ gloriæ laudes creverunt*. Eiusdem hiſtoriæ epitomen recenſens Paulus Oroſius, lib. IIII, cap. VI, ita concludit: *Poſt paucos dies urbem ipſam cepit. Qui, quum, interfectis plurimis ſenatoribus, cruentè dominaretur, occiſus eſt. Hæc temporibus Cyri, regis Perſarum, geſta ſunt. Poſt hæc verò Himilco, rex Carthaginienſium, quum in Siciliâ bellum gereret; repentè horribili peſte exercitum amiſit*. Cyrus, ut unanimo omnes teſtantur conſenſu Chronologi, regnum Perſarum adeptus eſt Olympiadis LV anno I: id eſt, ante natum cœli terrarumque Dominum anno IO LVIIII; XX annis pòſt, quàm Carthaginienſes prædictas treis colonias in Siciliam deduxêre. regnavitque annos XXX. Hinc Polybius, lib. III, Γίνονται πιστοὶ, inquit, συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρῶται καὶ Λούκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Μάρκον Ὠράτιον, οὗτοι πρῶτοι κατασταθέντες ὑπάτοι μετὰ τοὺς τῶν βασιλέων κατάλυσιν. Id eſt: *Primum ergo fœdus inter Romanos atque Carthaginienſeis ictum eſt L. Iunio Bruto & M. Horatio, primis poſt reges exactos conſulibus*. Et in ipſius fœderis verbis: Ἐὰν Ῥωμαίων τις εἰς Σικελίαν παραγένηται, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσιν. hoc eſt: *Si quis Romanorum in eam Siciliæ partem venerit, quæ imperio Carthaginienſium parer*. Is annus fuit urbis Romæ CCXLV: ante natum Ieſum, IO VIII. Quæ poſthinc Carthaginienſes in Siciliâ, moxque Romani geſſerint, ad finem huius operis ſummatim enarrabo; ubi loca, in quibus ea geſta, antè explicata apertaque fuerint.

De cætero apud Diodorum, lib. V, ut ſuprà citatum nobis fuit, ita equidem perſcriptum eſt: Τέλοσι δὲ ἀποικίαι τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο κατὰ τὴν Σικελίαν ἀξιόλογοι, καὶ πόλεις ποταμοὶ θάλασσαν ἐπλήθυνον. ἀναμιγνύμενοι δὲ ἀλλήλοις, καὶ διὰ πλῆθος τῶν καταπλεόντων Ἑλλήνων, τήν τε διάλεκτον αὐτῶν ἔμαθον, καὶ τῆς ἀγωγῆς συντραφέντες, τὸ πολυτρόπον τὸ βάρβαρον διάλεκτον ἅμα καὶ τὸ τρόπου μετήλλαξαν, Σικελιῶται προσαγορευθέντες. Hoc eſt: *Vltimas colonias in Siciliam deduxêre Græci illuſtreis: à quibus urbes ad mare conditæ ſunt. Per commercia verò & multitudinem Græcorum huc navigantium, factum eſt, ut & lingvam Græcorum diſcerent, & eumdem vitæ morem adepti, barbaram etiam loquelam ſimul & nomen mutarent, Siculi adpellati*. At hoc non ita intelligendum eſt, quaſi jam inde nullus alius, præter Græcum, in Siciliâ remanſerit ſermo. quidpe Apuleio, qui CC circiter annis poſt Diodorum, ſub Antonino Pio imperatore, ſcripſiſſe colligitur, TRILINGVES vocantur SICVLI, in Μεταμορφώσεων lib. XI. Lunam introducit, per ſomnium ſeſe hisce verbis alloquentem: *Me primigenii Phryges Peſſinuntiam nominant deûm matrem. hinc autochthones Attici, Cecropiam Minervam: illinc fluctuantes Cyprii, Paphiam Venerem: Cretes ſagittiferi, Dictynnam Dianam: Siculi trilingves, Stygiam Proſerpinam*. Scilicet, quia tribus diverſis utebantur lingvis, *Siculâ, Græcâ, & Phœniciâ*, ſive *Punicâ*. Ex Diodori tamen præſcriptis verbis colligo, plurimum fuiſſe apud univerſos Græcæ loquelæ uſum: quum Siculi & Phœnices, ſive Pœni, Græcam vulgò addiſcerent; Græci verò rarò Siculam & Punicam. cuius rei ſimile exemplum legitur apud Strabonem, in lib. III, de *Turditanis*, Hiſpanicâ gente. Οἱ μὲν τοὶ Τουρδιτανοὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν Βαῖτιν, πλέως εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληκαν τρόπον, οὐδὲ τῆς Διαλέκτου τῆς σφετέρας ἐπιμεμνημένοι· λατῖνοι τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι, καὶ ἐπίκοοι εἰλήφασι Ῥωμαίοις· ὡς τε μικρὸν ἀπέχουσι καὶ πόλεις εἶναι Ῥωμαῖοι. Id eſt: *Turditani, maximè qui ad Betin ſunt, planè Romanos mores adſumſerunt; ne ſermonis quidem vernaculi memores. ac plerique facti ſunt Latini; & colonos acceperunt Romanos. parumque abeſt, quin omnino Romani ſint facti*. Atqui heic etiam fuêre Phœnices; lingvam ſuam vernaculam plerique ſervantes, quamvis Romanam edocti. Idem auctor paullo antè: Οὔτοι γὰρ φοίνικιν οὕτως ἐγένοντο ὑποχείριοι, ὡς τὰς πόλεις τῶν ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ πόλεων καὶ τῶν πλησίον τόπων ὑπὸ ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι. id eſt: *Ita enim in poteſtatem Phœnicum venerunt, ut pleræque Turditaniæ urbes & vicina loca etiamnunc ab iis habitentur*. Aliud huius rei exemplum eſt apud Q. Curtium, lib. VII, in Branchidis, Aſiaticâ gente. *Mores*, inquit, *patrii nondum exoleverant: ſed jam bilingves erant; paulatim à domeſtico externoque ſermone degeneres*.

SICVLI TRILINGVES.

Atque hactenus de variis Siciliæ inſulæ nominibus & incolis ſat dictum. In transitu hinc ad alia obiter notetur Tzetzis haud modicus error. qui, in commentariis ad

ad Alexandram Lycophronis, Siciliam alio nomine *Drepanum* vocatam, falsò tradit: quum antiqui scriptores opidum intellexerint eo vocabulo, in extremis versùs solis occasum oris situm; non ipsam insulam: ut latiùs suo loco patebit.

Cap. III.

De situ, figurâ, & magnitudine Siciliae.

Sicilia igitur, ut suprà dictum, figurâ est τρίγωνος, id est, *triangula*; sive τρίπλευρος, *trilatera*, seu *triquetra*. unde etiam Τρινακρία Græcis vocitata fuit, à *tribus promontoriis*, in quæ universa excurrit. Hanc eius faciem Syracusani, qui caput quondam fuêre totius insulæ, *tribus cruribus* indicare voluerunt, variè variis in numismatibus expressis. quorum unius exemplar huc adponere consilium est; quò res faciliùs rectiùsque intelligatur.

Hanc figuram, *tribus* constantem *cruribus*, ipsos puto Siculos lingvâ suâ adpellasse τὸ τρίσκελον. hinc enim haud dubiè illud suum desumsit Hyginus, Μυθολογικῶν cap. CCLXXVI, quod est de maximis interni maris insulis; *Sicilia, in triscelo posita, in circuitu stadia* XXXDLXX. At alii literæ Δ insulam adsimilarunt. Mela, lib. II, cap. VII: *Ipsa ingens, & tribus promontoriis in diversa procurrens, Græcæ literæ imaginem, quæ* Δέλτα *dicitur, efficit.* Idem innuit & Diodorus, lib. I. Ὁ δ' οὖν Νεῖλος κατὰ τὴν Αἴγυπτον εἰς πλείω μέρη σχιζόμενος, ποιεῖ τὸ καλούμενον ἀπὸ τοῦ σχήματος Δέλτα. τούτου δὲ τοὺς μὲν πλείους καταρράττει τὸ πλῆθος τῶν ῥευμάτων, πλὴν ὃ βάσιν ἀναπληροῖ τὸ δεχόμενον πέλαγος τοὺς ἐκβολὰς τοῦ ποταμοῦ, * . * . Τὸ δ' οὖν Δέλτα τῇ Σικελίᾳ τῷ σχήματι παραπλήσιον ὑπάρχει. Hoc est: *Nilus in Aegypto, in plureis alveos scissus, efficit Delta, quod à figurâ sic nominatur. Huius latera extremi fluminis alvei describunt; basin verò absolvit mare, quod ostia fluminis excipit.* Et exiguo post: *Delta specie similis est Siciliæ.*

Trium Siciliæ promontoriorum nomina atque situs.

Cæterò trium promontoriorum nomina atq; situs plures adnotaverunt scriptores. Scholiastes Apollònii, ad Ἀργοναυτικῶν lib. IIII: Σικελία δὲ ἐκαλεῖτο Τρινακρία τὸ πρότερον, διὰ τὸ τρεῖς ἄκρας ἔχειν, Πάχυνον, Λιλύβαιον, Πέλωρον. id est; *Sicilia antè Trinacria vocitata est, quòd tria habeat promontoria, Pachynum, Lilybæum, Pelorum.* Tzetzes, ad Lycophronis Alexandram: Νῆσον τρίδορον τὴν Σικελίαν λέγει, ἣν καὶ Τρινακίαν καὶ Τρινακρίαν καλοῦσι· τρία γὰρ ἀκρωτήρια ἔχει, Λιλύβαν, [lege Λιλύβαιον] Πάχυνον, καὶ Πελωρίδα. hoc est: *Triverticem insulam adpellat Siciliam, quæ & Trinacia ac Trinacria vocatur; quia tria habet promontoria; Lilybæum, Pachynum, Peloridem.* Et postea: Τρία δὲ ἀκρωτήρια Σικελίας, Πάχυνος, Πελωρὶς, καὶ Λιλύβαιον. id est: *Tria sunt Siciliæ promontoria; Pachynus, Peloris, & Lilybæum.* Servius, ad Virgilii Aeneid. lib. I: *Trinacrio: Græcum est; quòd tria ἄκρα habeat, id est, promontoria; Lilybæum, Pachynum, Pelorum.* Isidorus, Origin. lib. XIIII, cap. VI: *Sicilia, priùs Trinacria dicta, propter tria ἄκρα, id est, promontoria; Pelorum, Pachynum, & Lilybæum.* Dionysius, de Situ orbis:

Τρινακίη δ' ἅτε τῆσιν, ὑπὲρ πέδον Αὐσονιήων
Εἰλέεται, πλευρῆσιν ἅτε τριῶν ἐσηκεῖα.
Ἄκρα δέ οἱ, Πάχυός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε.
Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ἅτε ῥιπὶ Ζεφύροιο
Εἰσανέχει, Πάχυος δὲ πρὸς αὐγὰς, αὐτὰρ ἐπ' ἄρκτους
Ἠνεμόεσσα Πελωρὶς, ἐς Αὐσονίδας ὁρόωσα.

Id est: